Ceux qui ont eu plusieurs attaques d'épilepsie connaissent quand elle doit les prendre. Ils fuient alors les hommes; ils se retirent dans leur maison, si elle est proche; sinon ils se cachent dans un endroit solitaire pour qu'on ne les voie pas tomber, et ils se voilent de suite; ils le font par un motif de honte, non par la peur du dieu qui les persécute, ainsi que bien des gens le croient. Les petits enfants essuient leur attaque dans le commencement, partout où ils se trouvent; mais après plusieurs fois, quand ils ont appris à la sentir venir, ils se jettent entre les bras de leur père ou de leur mère, ou de quelque personne qu'ils connaissent le plus, par la crainte des accidents; car, dans le premier âge, ils ne connaissent pas la honte.

14. (*Pourquoi l'épilepsie vient lors des changements de certains vents. Le cerveau est le siège de toutes les affections de l'ame.*)

Je passe à la raison pour laquelle l'épilepsie vient lors des changements des vents, principalement lorsque celui du midi souffle, ensuite celui du nord, puis

statimque se contegunt. Quod facimus propter affectionis verecundiam, non (ut plerique existimant) propter numinis metum. At vero pueri primum quidem propter insuetam novitatem, quocumque loco sors obtigerit, concidunt. Cum autem sæpiusprehendantur, ubi præsenserint, ad matres, aut alium quem vis maxime sibi notum, propter affectionis timorem ac metum confugiunt. Neque enim, cum pueri sint, verecundiam adhuc sentiunt.

In ventorum autem mutationibus has ob causas morbo corripit censeo, ac præcipue austrinis tempestatibus, deinde etiam borealibus, postea vero reliquis etiam flantibus ventis, ex iisque, qui sunt valentissimi, et inter se, tum situ, tum viribus, maxime adversi. Aquilo siquidem aerem cogit, turbulentum ac nubilosum secernit, limpidum et lucidum reddit. Ad eundem vero modum reliqui etiam omnes venti ex mari, et aliis aquis venientes. Ex omnibus enim, atque ex ipsis hominibus, humiditatem, et caliginem expurgant. Ideoque ventorum saluberrimus est aquilo. Huic autem contraria auster efficit. Primum siquidem concretum aerem liquare et diffundere incipit, ex quo etiam non confestim vehemens est, sed primo leviter spirat, cum aerem prius densum, et coactum, statim superare non possit, quem tamen temporis spatio dissolvit. Idem etiam ipsum per terram efficit, per mare, per flumina, per fontes, et puteos, et ea, quæ ex terra nascuntur, ac in quibus humidum inest. Id autem quavis in re, modo plus, modo minus inest. Hæc vero omnia istius venti vim sentiunt, et ex lucidis caliginosa, ex frigidis calida, et ex siccis humida redduntur. Quæque in domibus vasa fictilia in terra sita sunt, vino aut alio quovis liquore plena, ea omnia austrum sentiunt, formamque aliam in speciem transmutant. Solem autem et lunam, et sidera, longe, quam sint, natura, hebetiora facit. Cum igitur in hæc tam magna et valida tantum possit, corpusque sensu afficiat, et in horum ventorum permutationibus transmutet, ab austris quidem cerebrum dissolvi et humescere, viasque magis elaxari, necesse est, ab aquilonibus autem, quod in cerebro maxime sanum est, et humidum secerni, et foris circumcirca alluere, eaque ratione defluxiones in horum ventorum mutationibus contingere. Sic morbus hic oritur et pullulat, tum ab his, quæ adsunt, tum ab his, quæ dece-

les autres. Ces vents sont les plus forts et les plus opposés entre eux, tant dans leurs effets que dans leur direction. Le vent du nord condense l'air; il lui enlève ce qu'il a de salé et de bourbeux; il le rend clair et serein; il produit aussi d'autres effets sur tout ce qui participe de la mer ou des autres eaux; il en prend l'humidité et les brouillards: il en fait autant sur l'homme; de là vient qu'il est le plus sain de tous les vents. Le vent de midi opère des effets tout contraires. Il commence d'abord par liquéfier l'air et le dissoudre; c'est par cette raison qu'il n'est pas violent dans son commencement. Il souffle d'abord doucement, parce que la densité de l'air lui résiste jusqu'à ce qu'il l'ait fondu: il produit le même effet sur la terre, sur l'air, sur les rivières, les fontaines, les puits, et sur tout ce qui contient de l'humidité. Or, certaines choses en ont plus, d'autres moins; mais toutes généralement se ressentent de cet effet du vent du midi; elles deviennent ternes, et perdent leur brillant; elles deviennent chaudes et humides, de froides et sèches qu'elles étaient. Les vases qui sont à terre dans les maisons, contenant des vins et autres liquides, n'échappent point aux changements que ce vent opère. Ce qu'ils enferment est dénaturé. Les qualités en sont changées. Il agit sur le soleil même, sur la lune, et sur les autres astres dont la clarté devient plus faible. Puis donc que les vents dominent des êtres si grands et si forts, et puisqu'ils se font sentir à notre corps par les changements qu'ils amènent, il faut nécessairement aussi que le vent de midi relâche les veines, qu'il mette le cerveau en fonte, qu'il l'humecte en relâchant ses veines: que le vent du nord, au contraire, le condense, qu'il fortifie ce qu'il y a de plus de sain, qu'il sépare ce qu'il y a d'aqueux, qui reste autour de ce qui est condensé, et qu'il se fasse ainsi des flux de pituite, lorsque ces vents changent. Telle est la manière dont se forme l'épilepsie. C'est ainsi qu'elle revient quand les vents de nord et de midi viennent ou se retirent. Il n'est pas plus difficile de connaître sa nature et d'y apporter du remède, quand elle est curable, que pour les autres maladies. Elle n'a rien de plus caché ni de plus divin. Il faut savoir que les hommes n'ont de la joie, du plaisir, de la gaieté, de la prudence que par le cerveau. Par lui nous viennent aussi les peines, la tristesse, le chagrin, la perte de raison. Nous lui devons l'intelligence, la sagesse, la vue, l'ouïe, la pudeur, la connaissance de ce qui est bon ou mauvais, de ce qui est

dunt, nihiloque ejus curatio aut cognitio reliquis est difficilior, neque magis, quam cæteri, divinus est.

CAPUT VII. — Unde cerebrum, tum functiones sanas, tum actiones depravatas molitur; idem omnium primum epilepticos insultis pati; epilepsiam ab iisdem causis procreari, a quibus cæteri morbi, nec iis esse diviniorem.

Ac nosse homines convenit, non aliunde nobis voluptates, lætities, risus, et jocos, quam hinc contingere, itemque dolores, molestias, tristities, et ejulatus. Hacque parte præcipue sapimus et intelligimus, et videmus, et audimus, et turpia, et honesta cognoscimus, malaque et bona, itemque, quæ jucunda sunt, et injucunda, partim quidem consuetudine discernimus, partim vero utilitate percipimus. Hac etiam parte voluptates et molestias temporibus dignoscimus, neque eadem nobis placent. Eademque ipsa parte et insanimus et deliramus, terroresque et metus, partim quidem noctu, partim etiam interdiu nos circumstant, insomniaque et errores intempestivi, et curæ non convenientes, indeque rerum præsentium ignoratio, desuetudo, et imperitia nobis proveniunt. Atque hæc omnia ex cerebro nobis contingunt, cum minime sanum, sed natura calidius existiterit, aut frigidius, aut humidius, aut siccus, aut aliam quamdam præter naturam, et consuetudinem affectionem senserit.

Ac insaniam quidem nobis ab humiditate fingit. Cum enim natura humidius fuerit, agitari, necesse est, atque ubi movetur affectio, neque visionem, neque auditionem conquiescere, sed aliud interdum cernere et audire, necesse est, linguamque eadem, quæ singulis momentis quis videt, et audit, affari. Quoque tempore cerebrum conquiescit, eo etiam homo sapit

At cerebri corruptio ex pituita, et bile oritur, utrumque autem hoc modo dignosces. Qui ex pituita quidem insaniant, quieti sunt, neque vociferantur, neque tumultuantur; qui vero ex bile, clamosi, et maligni, et minime quieti, semper aliud intempestivum faciunt. Ex his igitur causis continuo insaniant. Quod si terrores, et metus adsunt, ex cerebri transmutatione contingit, quod fit, dum a bile cerebrum incalescit, ubi per venas

agréable ou désagréable; il nous apprend à juger de tout, d'après l'usage et d'après l'utilité qui nous en revient dans les diverses circonstances: car les mêmes choses ne nous plaisent pas constamment. C'est par le cerveau que nous tombons dans le délire, dans la manie, que nous recevons la peur, les frayeurs, tantôt la nuit, tantôt le jour, les rêves et les erreurs de toute espèce, les soucis déplacés. Il faut lui rapporter les méprises sur les choses présentes, le défaut d'habitude, le manque d'expérience. Nous tombons dans ces divers états quand le cerveau est malade, quand sa nature est plus chaude que de coutume, ou plus froide, ou plus humide, ou plus sèche. La manie vient de ce qu'il est trop humide; quand il est humide, il doit nécessairement s'agiter. Or, l'agitation du cerveau fait que l'ouïe et la vue ne sont pas assurées. L'on voit et l'on entend une chose pour l'autre, et la langue s'énonce, suivant qu'on est affecté par la vue ou par l'ouïe. Tant que le cerveau reste fixe, la raison persiste. Il est susceptible d'altération dans sa consistance, ou par la pituite, ou par la bile. On peut aller jusqu'à distinguer par laquelle des deux il se trouve vicié.

15. (*Effets différents de la pituite et de la bile sur le cerveau.*) Ceux que la pituite jette dans la manie sont tranquilles; ils ne crient point et ne causent pas de trouble. Lorsque c'est la bile, ils sont emportés, toujours en mouvement, et font tout à contre temps. Toutes les fois que la manie est continuelle, c'est nécessairement, ou la pituite ou la bile qui la produisent. Quand la peur ou les frayeurs s'y joignent, c'est à raison des changements faits dans le cerveau, qui change devenant chaud; et il s'échauffe par la bile qui y est portée par les veines sanguines répandues dans tout le corps. Les frayeurs continuent jusqu'à ce que la bile soit ramenée par les veines dans le reste du corps. C'est l'époque à laquelle les frayeurs cessent.

16. (*Effets de la pituite sur le cerveau.*) On tombe dans des inquiétudes et des tristesses déplacées quand le cerveau est refroidi et resserré au-delà de l'ordinaire. C'est la pituite qui le met dans cet état. Lorsqu'il en est abreuvé, on pousse des hauts cris dans la nuit, si le cerveau se réchauffe promptement; les bilieux sont sujets à ceci, non les pituiteux. La chaleur, chez ces derniers, ne revient pas vite au cerveau, mais seulement après que le sang y est arrivé en grande quan-

sanguinem deferentes in cerebrum ex corpore impetu delata fuerit. Metus autem circumstat, donec rursus in venas, et corpus redierit, deinde sedatur. Intempestive autem tristatur, et angitur, dum cerebrum perfrigescit, et præter consuetudinem cogitur. Id vero, et ex pituita contingit, ex eaque affectione obliuiosus evadit. At ubi cerebrum derepente percalescit, nocte æger clamat, et vociferatur (idque biliosus contingit, minime vero pituitosis, cum hi non percalescant), postquam copiosus sanguis cerebrum invaserit, in eoque ebullierit. Is autem multus subit per venas prædictas. Cum forte contingit, ut quis horrendum insomnium videat, et in metu sit, non secus certe, ac si vigilaret, tunc magis facies exardescit cum rubore, et oculi rubescunt, cum timuerit, mensque aliquid malum perpetrare cogitat, sicque ei etiam per somnum contingit. Ac ubi expectatus fuerit, et ad se redierit, sanguisque rursus in venas commemoratas dispersus fuerit, cessat.

In hæc ipsa plurimam vim hominis cerebrum habere, existimo. Hoc enim, si sanum esse contigerit, nobis, quæ ab aere fiunt, indicat. Prudentiam vero ei aer subministrat. Oculi autem, aures, lingua, manus et pedes, ea, quæ cerebrum cognoscit, administrant. Quantum enim aere communicarit, tantum universo corpori prudentiæ accedit. Intelligentiæ autem cerebrum internuntius est. Cum enim quis ad se spiritum attraxerit, primo in cerebrum defertur, itaque in reliquum corpus aer dispergitur, in cerebro suum relinquens vigorem, et quidquid habuit prudentiæ et mentis. Quod si primum ad corpus deveniret, posteaque ad cerebrum, relicto in carnibus et venis iudicio, in cerebrum calidus adhuc, et minime sincerus, sed carni et sanguinis humori permixtus subiret, proindeque neque amplius exacto purus esset. Quocirca cerebrum intelligentiæ indicem, et nuntium esse censeo.

At septum transversum (*φρενες* Græcis dictum), temere ac fortuito sortitum nomen videtur, et ex instituto, non re vera, neque a natura. Neque sane video, quamnam vim ad prudentiam et intelligentiam septum transversum habeat, præterquam, si quis ex insperato nimio gaudio aut tristitia affectus fuerit, salit et anxietatem præ tenuitate exhibet, et quod in corpore vehementer distenditur, neque ventriculum habet, in quem bonum vel

tité par les veines dont j'ai parlé, et qu'il a réchauffé la pituite.

17. (*Effets extérieurs des impressions de l'ame dans les songes.*) S'il arrive qu'on rêve des choses épouvantables, comme dans la veille, le visage devient rouge, les yeux s'enflamment et l'esprit travaille fortement; il en est de même dans les songes. Cela finit avec le réveil, après que la raison a pris le dessus, et que le sang s'est calmé en se distribuant dans les veines que j'ai dites.

18. (*Conclusion sur l'empire du cerveau.*) Je crois, d'après tout cela, que le cerveau exerce le plus grand empire sur l'homme; il nous avertit, tandis qu'il est sain, des changements qui arrivent à l'air. Il en reçoit la sagesse. Les yeux, les oreilles, la langue, les mains et les pieds le servent comme il le juge convenable. Tandis qu'il communique librement avec l'air, tout le reste du corps participe à l'intelligence. C'est dans le cerveau que réside la prudence; car le souffle, aussitôt que l'homme le prend, se rend d'abord au cerveau. Après y avoir laissé sa fleur, ce qu'il contient d'intelligence et d'esprit, il se répand dans tout le reste du corps (1). S'il allait d'abord au corps, et qu'ensuite il allât au cerveau, laissant l'intelligence dans les chairs et dans les veines, il y arriverait chaud, point pur, mais chargé des émanations des chairs et du sang. Il ne serait plus propre aux fonctions qu'il doit remplir, là où réside l'esprit et l'intelligence ainsi que je l'ai dit.

19. (*Le diaphragme n'est pas le siège du sentiment.*) Quant au diaphragme, c'est par abus qu'on lui a donné le nom de phrénique, qui désigne la prudence. Dans la vérité, il ne devrait pas être ainsi appelé. Je n'y trouve rien qui y manifeste l'intelligence et l'esprit, si ce n'est que dans le cas où l'homme est saisi d'un sentiment très-fort de joie ou de tristesse, le diaphragme tressaillit par défaut de forces, se trouvant trop tendu, et n'ayant point de cavité qui puisse recevoir le bien ou le mal qui lui advient;

(1) Cet endroit est très-remarquable, comme propre à nous faire comprendre ce qu'on doit entendre par l'air, souffle, dans les écrits que nous avons sous le nom d'Hippocrate.

malum illapsum suscipiat, sed ab eorum utroque propter nativam imbecillitatem perturbatur. Siquidem nihil prius, quam cætera, quæ in corpore insunt, sentit, sed frustra hoc nomen et causam habet, non secus ac, quæ cordi annexæ sunt, aures appellatæ, cum nihil ad auditionem conferant.

Quidam autem, nos corde sapere, dicunt, quodque ipsum tristitiam et curam sentit. Verum non ita se res habet, sed contrahitur quidem velut septum transversum, atque etiam magis easdem ob causas. Ex toto enim corpore ad ipsum venæ tendunt, illicque clauduntur, ut sentiat, quum quis dolore aut molesto aliquo sensu contrahitur. Cum enim molestiam sentit corpus, inhorrescere, et distendi, necesse est, idemque contingere si quis summo gaudio afficiatur. Quamobrem cor præcipue et septum transversum sentiunt, neutrum tamen prudentiæ jus habet, sed horum omnium cerebrum auctior est.

Quemadmodum igitur ex omnibus, quæ in corpore insunt, cerebrum primum intelligentiam et aerem percipit, ita, si quæ vehementior mutatio per anni tempora in aere contingat, ipsum etiam in aere sibi dissentit. Hanc enim ob causam primum sentit cerebrum, quia in ipsum (ut censo), gravissimi, maximi, præcipueque lethales morbi incidunt, quique apud inexpertos difficillimum habent iudicium.

Hic vero morbus, qui sacer appellatur, ex iisdem causis, ex quibus etiam reliqui, originem trahit, ex his nempe, quæ accedunt, et decedunt, velut frigore, sole, ventis, et mutationibus nunquam quiescentibus. Atque hæc divina sunt, ut nihil opus sit existimare, hunc morbum reliquis divinitate præstare, sed omnes divini, omnesque humani reputandi. Naturam autem, et vim in se quisque habet, et nullus est, qui remedium aut auxilium respuat, et plerique ab iisdem, a quibus oriuntur, sanantur. Alterum enim alteri alimentum est, alteri vero pernicies. Hoc igitur medicum, cujusque captata temporis occasione, nosse convenit, quodque huic quidem per alimentum incrementum dabit, illum vero detrahet, et imminuet. Oportet autem, tum in hoc, tum in reliquis omnibus morbis, non augere morbos, sed properanter profligare, id, quod cuique morbo est maxime adversum, non amicum aut familiare exhibendo. Ab eo enim, quod est consuetum, viget, et augetur, ab eo vero,

en sorte qu'il est troublé par l'un comme par l'autre, à raison de la faiblesse de sa nature. Le diaphragme n'a pas plus de sentiment que les autres parties du corps (1). et on lui a donné improprement un nom qui pourrait le faire croire, ainsi qu'on a nommé oreillettes des cavités du cœur qui n'ont point d'ouïe.

19. (*Le cœur n'est pas non plus le siège du sentiment.*) Il y a des gens qui pensent que la raison réside dans le cœur, qu'il est le siège de la tristesse et des soucis. Il n'en est pas ainsi. Le cœur est travaillé comme le diaphragme, même davantage pour les mêmes causes, car les veines de tout le corps se rendent au cœur; elles ont avec lui une connexion telle, que, si une partie quelconque du corps souffre ou est troublée, il le ressent; et tout le corps éprouve aussi des frissons et des raideurs quand nos diverses parties sont mal affectées. C'est ainsi que le cœur et le diaphragme donnent des signes de sentiment, remarquables dans des moments d'une grande joie; mais l'intelligence n'y est nullement. Le principe en est dans le cerveau, comme étant la partie du corps qui reçoit, la première, l'esprit et l'air. Aussi les maladies qui l'attaquent sont les plus terribles, les plus grandes, les plus mortelles, et les plus difficiles à juger, surtout pour les gens inhabiles.

20. (*Conclusion sur l'épilepsie.*) L'épilepsie est occasionnée, comme les autres maladies, par des causes qui vont et viennent, telles que le froid, le soleil, les vents qui changent et ne sont pas constants. C'est par elles que la divinité agit, sans distinguer cette maladie de toutes les autres, qui sont toutes divines et toutes humaines. Chacune a sa nature, qui n'est point entièrement impénétrable, ni sans remède. La plupart sont guéries par les mêmes agents qui les produisent. Une en engendre souvent d'autres, et quelquefois elle devient leur guérison. Un médecin doit connaître ces choses, et savoir saisir l'à-propos, pour augmenter et fortifier, retrancher et diminuer comme il convient. Il faut, dans cette maladie, ainsi que dans les autres, interdire ce qui

(1) Cet article paraîtra bien contraire aux idées de Bordeu, qui était cependant grand partisan de la doctrine hippocratique en une foule de points.

quod est inimicum, extenuatur, et retunditur. Quisquis autem hujusmodi mutationem in hominibus adhibere noverit, et per victus rationem hominem humidum et siccum, calidum item et frigidum reddere poterit, is sane hunc morbum citra expiatione et magicas artes, citraque omnem sordidum hujusmodi, et illiberalem professionem, si eorum, quæ conferunt, opportunitatem dignoscat, curare poterit.

l'augmente, se hâter de donner ce qui lui est le plus opposé. L'administration de l'un les fortifie; l'administration de l'autre les dissipe. Quiconque connaîtra les changements qui s'opèrent dans l'homme, et qui saura y appliquer à propos le sec, ou l'humide, ou le froid, ou le chaud, pourra guérir des épileptiques, en profitant de l'occasion pour tout ce qui leur convient, sans avoir recours aux lustrations, aux purifications, ni aux enchantements, ni à rien autre de semblable.

PRÆFATIO.

Hic libellus, cum libris de diæta ab Erotiano silentio prætermisus, a Galeno Polybo tribuitur (1), et sub Polybi nomine citatur (2).

Veteres eum adiciebant libro de natura hominis (3), habet iis plurima autem similia, quæ sunt in libro tertio de diæta, aliqua omnino exscripta, alia fusius exposita.

ARGUMENTUM LIBRI.

Rationem victus iis, qui sibi vivunt, instituit, pro temporis, habitus, ætatis, affectuum, sexus, et consuetudinis ratione.

CAPUT I. — Victus ratio qualis instituenda sit, pro corporum, anni temporum, ac ætatum varietate; quando deambulandum.

Hac victus ratione privati homines uti debent, ut hyeme quidem quam plurimum edant, bibant quam minimum. Potus sit vinum quam meracissimum; cibus, panis; obsonia, assa omnia. Oleribus autem quam paucissimis hac tempestate utendum. Hac siquidem ratione potissimum corpus, tum calidum, tum siccum fuerit. At vero cum ver instat, tunc copiosius et dilutius, paulatimque vinum bibendum, cibusque mollioribus et paucioribus utendum, panis subtrahendus, et maza offerenda, eademque ratione obsonia detrahenda, et assa omnia cum elixis commutanda. Oleribus etiam paucis vere utendum, donec ad æstatem homo deveniat; tum molliores omnes cibos, tum obsonia cocta sumendo, et olera cocta et cruda, similiterque potus plurimos, et quam dilutissimos, idque sensim, ut ne magna mutatio derepente utenti

Ce Traité est le premier de la quatrième section de Foës. Le Traité suivant du Régime peut être regardé comme étant. une suite de celui-ci, encore qu'ils soient peut-être, l'un et l'autre, de deux auteurs différents.

1. (*Régime pour l'hiver.*) Les hommes, pour suivre un bon régime, doivent, durant l'hiver, manger davantage, boire moins, prendre du vin pur, user pour aliments de pain et de viandes toujours rôties, n'employer que peu de légumes durant cette saison. C'est le vrai moyen de tenir le corps chaud et sec.

2. (*Pour le printemps.*) Quand le printemps arrive, on trempe son vin, on prend des aliments moins forts, et en moindre quantité. On substitue les gâteaux au pain, la viande bouillie au rôti; on ne mange pas beaucoup de légumes, jusqu'à ce qu'on soit dans l'été. On use peu à peu d'aliments plus doux et des viandes bouillies, de légumes crus ou cuits. On boit davantage, et l'on mêle de l'eau avec le vin, en faisant toutefois ces changements d'une manière insensible.

3. (*Régime pour l'été.*) Durant l'été, on mange des gâteaux mollets, et les viandes toujours bouillies: l'on boit beaucoup d'eau. L'on en use ainsi afin de tenir le corps frais et humecté, parce que la saison, étant chaude et sèche, échauffe le corps et lui enlève l'humidité. On procède dans le passage du printemps à l'été comme on a fait dans celui de l'hiver au printemps. Les changements s'y doivent faire peu à peu, donnant plus à la boisson, moins au manger, pour y revenir dans l'hiver.

4. (*Pour l'automne.*) Pendant l'automne, on prend des aliments moins humides: l'on revient donc aux viandes rôties; on boit moins. On use davantage de vin pur. On arrivera ainsi dans un bon état à l'hiver, où l'on reprendra les aliments secs, les viandes toutes rôties, le vin pur, et en médiocre quantité. On affermira ainsi sa santé, et l'on sera peu sensible aux impressions du froid durant l'hiver, qui est une saison froide et humide.

(1) In præc. comm. ad hunc libr. (2) In comm. 2. in Hipp. de nat. hum. præc. et comm. 1. in Hipp. de diæt. acut. text. 17. (3) Cfr. Galeni comm. ad libr. 2. de nat. hum.

contingat. Æstate autem, tum molli maza, tum potu copioso et diluto, obsoniisque omnibus elixis nutrirī oportet, iisque ita utendum, dum æstas fuerit, quo corpus molle sit et frigidum. Siquidem hæc tempestas calida est et sicca, et corpora æstosa et squalida reddit. Hac igitur instituta victus ratione iis succurrendum est. Eadem vero ratione, quemadmodum ex hyeme ad ver, sic etiam ex vere ad æstatem deveniendum, cibos quidem demodo, potum vero augendo, ad eumque modum contraria adhibendo ex æstate ad hyemem perveniendum. In autumno contra cibi quidem majore copia et sicciore exhibendi, et obsonia ad eumdem modum, potus etiam pauciores et meraciores, ut homo commodam degat hyemem, et potibus utatur meracioribus et paucis, cibisque quam plurimis et siccissimis. Ita enim cum vel maxime valebit, tum minime frigus sentiet, cum hæc anni tempestas admodum sit frigida et humida.

At corporis habitus carnosos, molles et rubros, majorem anni partem sicciore victus ratione uti convenit, quod eorum natura est humida. Duri vero, graciles, fulvi et nigri, humidiores victus ratione toto fere tempore uti debent, cum eorum corpora sicca existant.

Junioribus corporibus mollior et humidior victus ratio utilis est. Hæc enim ætas sicca est, et eorum compacta sunt corpora. Senes vero sicciore victus modo plurimam temporis partem degere oportet, quod ea ætate corpora sunt humida, mollia et frigida.

Quare pro ætate, anni tempore, consuetudine, regione, loco, corporum habitu, victus ratio sic est ineunda, ut instantibus, et caloribus et frigidibus nos opponamus. Nam ita demum optima valetudo consequetur. Quin etiam per hyemem quidem celeriter, et per æstatem leniter iter faciendum, nisi per solis ardorem via sit facienda. Corpulentos autem celerius, graciles vero lenius iter facere convenit. Balneis etiam multis per æstatem, at per hyemem paucis utendum. Duris vero, quam corpulentis, lavari magis expedit. Et hyeme quidem vestes puras induere convenit, ætate vero oleo imbutas.

CAPUT II. — De modo gracilescendi, et pinguescendi; vomitus quando et quo modo instituendus.

At crassi, quique tenues fieri cupiunt, iijejuni omnes exercitationes subire, et

5. (*Régime suivant les tempéraments et les âges.*) Les gens gras, montés en couleur, dont la fibre est molle, se trouveront bien d'user, pendant toute l'année, d'un régime sec; leur tempérament est humide. Ceux, au contraire, qui ont les chairs dures, qui sont maigres, roux (1) ou bruns, doivent toujours s'en tenir à un régime humide: ils ont les chairs sèches. Le même régime convient à la jeunesse; elle a le corps et les chairs fermes. Les vieillards doivent, au contraire, suivre un genre de vie qui sèche leurs humeurs; ils ont le tempérament humide, lâche et froid.

6. (*Principes généraux concernant le régime.*) Il faut régler son régime et le varier, d'après son âge et ses habitudes, d'après la saison, d'après le pays que l'on habite, pour se mettre à l'abri des fortes impressions du froid et du chaud. Ces attentions contribuent très-fort à la conservation de la santé. On doit, dans l'hiver, marcher vite; dans l'été, lentement, à moins qu'on n'ait à marcher au soleil. Les gens gras doivent aller d'un pas précipité; les maigres, d'un pas lent. On se baignera souvent en été, rarement en hiver. Les personnes maigres doivent se baigner plus souvent que les grasses. On se couvrira dans l'hiver de vêtements peu propres à absorber les sueurs; dans l'été, de ceux qui les absorbent. Les personnes qui ont de l'embonpoint, et qui veulent devenir minces, feront leurs besoins pénibles à jeun, et se mettront aux repas tout essouffés, sans se reposer ni se rafraîchir, commençant par boire du vin trempé, qui ne soit pas bien frais. Ils épiceront leurs mets avec des sésames, ou autres aromates pareils. Leurs mets doivent être gras; cela fera qu'étant plus tôt rassasiés ils en mangeront moins: ils ne feront qu'un repas dans les vingt-quatre heures, ils se baigneront souvent; ils coucheront sur la dure, et se promèneront en veste aussi longuement qu'ils le pourront. Ceux qui étant maigres veulent acquérir de l'embonpoint, se conduiront d'une manière opposée. Ils ne feront rien de pénible avant d'avoir mangé.

7. (*Concernant l'usage des émétiques.*) Quant aux émétiques et aux lavements, voici comment on doit en user. On prend les émétiques dans les six mois de l'hi-

(1) Par roux, on ne peut entendre ici les blonds en général. C'est, je crois, ou une sorte de bruns clairs, qui ont les cheveux tirant sur le rouge, ou des blonds qui ont les cheveux d'un blond ardent.

adhuc ex labore anhelantes, necdum refrigerati, cibos aggredi debent, priusque vinum bibere dilutum, non admodum frigidum. Obsonia quoque ex sesamis, aut viridibus et siccis condimentis, aliisque id genus apparatus assumere. Sint etiam pinguia, quæ admoventur obsonia, ita enim quam paucissimis impleantur. Quin et semel cibus capiendus, et balneo abstinendum, duriter cubandum, et nuda deambulatione, quoad ejus fieri possit, utendum. Qui vero, attenuato cum sint corpore, crassiores effici volunt, tum his contraria facere, tum jejuni nullam exercitationem subire debent.

Vomitionibus autem, et infusis alvum eluentibus utendum hunc in modum. Sex hibernis mensibus vomitus ciendus, quod tempus hoc, æstivo, plus pituitæ gignit, et morbi circum caput, et regionem eam, quæ est supra septum transversum, excitant. At ubi æstas vigerit, infusis utendum. Hæc enim anni tempestas æstiosa est, et corpus bile magis abundat, gravitates etiam lumbos et genua infestant, calores oboriuntur, et venter torminibus torquetur. Corpus igitur refrigerandum, et quæ sursum attolluntur, deorsum ex istis locis deducenda. At corpulentis, et humidioribus, infusa quidem salsa magis, ac tenuia, siccioribus vero, gracilibus, et imbecillioribus, pinguiora et crassiora conveniunt. Sunt autem infusa pinguia et crassa, quæ ex lacte parantur, et cicerum decoctum, ceteraque id genus. Tenuia vero et salsa, muria, aqua marina, et quæ sunt ejusmodi.

Vomitiones autem hunc in modum faciendæ. Obesi, ac minime tenues, jejuni vomant a cursu, aut celeri deambulatione, circa meridiem. Hyssopi hemina dimidia, in aquæ congio contriti potu, exhibeatur, affuso aceto, et addito sale, quo fiat jucundissima. Ac primum quidem sensim, deinde vero celerius ebibatur. Graciliores autem, et imbecilliores a cibis vomitum cieant hunc in modum. Post balneum calidum præbiant vini meri heminam, mox cibos cujusvis generis assumant, neque inter cibos, aut post eos bibant, sed se contineant, quanto tempore quis quatuor stadia percurrat. Deinde triplex illis vinum in potum permiscebis, austerrum, dulce et acidum, primum quidem meracius, sensim et ex magno intervallo, deinde vero dilutius, celerius et affatim.

At vero, qui singulis mensibus bis vomere consuevit, hunc præstat duobus ex ordine diebus vomitum ciere, quam decimo quinto die. Sed alii contrarium

ver. Cette saison est plus pituiteuse que l'été; c'est celle des maladies catarrhales de la tête, et des organes placés au-dessus du diaphragme. Lorsque le temps est devenu chaud, on use des lavements. Alors le temps est bilieux, tout le corps s'en ressent. L'on éprouve aux lombes des pesanteurs et des chaleurs qui s'étendent jusqu'aux genoux. L'on a des tranchées; il faut donc rafraîchir le corps, et mettre dehors l'humeur qui se porte vers le bas. Les personnes qui ont de l'embonpoint, qui sont surchargées d'humide, useront de lavements salés, point mucilagineux. Les gens maigres, ceux qui sont d'un tempérament sec et peu vigoureux, prendront des lavements gras, épais. On entend par des lavements gras, épais, ceux de lait, ceux d'une décoction de pois chiches, et autres pareils; par lavements salés, point mucilagineux, ceux faits avec de la saumure, ou avec de l'eau de mer, et autres semblables. On prendra les émétiques de la façon qui suit. Les gens gras, qui sont fournis de chair, vomiront à jeun, se promenant et marchant vite jusque vers l'heure de midi. Leur émétique sera environ quatre onces et demi d'hysope pilé, avec de l'eau versée peu à peu, à la quantité de neuf livres, y ajoutant un peu de vinaigre et de sel pour en rendre la boisson plus agréable. On l'avale d'abord lentement, puis avec précipitation. Quant aux gens maigres, ils se feront vomir, l'estomac plein, de la manière suivante. Après avoir pris un bain chaud, ils boiront environ huit onces de vin pur; ils mangeront par-dessus, abondamment, de toute espèce d'aliments, s'abstenant de boire durant le repas, et après, pendant autant de temps qu'il en faut pour une promenade de dix stades (1); ensuite, ils boiront d'un mélange de trois sortes de vin, du vin âcre, du doux et de l'acide; commençant par boire pur, peu à peu, et lentement; puis fort trempé, précipitamment et abondamment. Quiconque est dans l'habitude de vomir deux fois tous les mois fera mieux de le faire deux jours de suite par mois qu'une fois chaque quinze jours. L'on pratique communément le contraire. Tous ceux qui sont dans le cas de vomir, c'est-à-dire ceux dont le ventre est habituellement serré, se trouveront constamment bien d'user de divers aliments, de manger des ragoûts apprêtés de toute manière,

(1) Il y avait des stades de diverse longueur; il y en avait de vingt-cinq pas. Il serait difficile, et il n'est pas extrêmement important ici d'en déterminer la longueur.

plane faciunt. Qui autem ad cibos vomitione rejiciendos minime sunt accommodati, quibusque alvi non facile prodeunt, iis omnibus crebro die cibum sumere, et omnis generis cibariis uti conducit, ac obsoniis varie apparatis, vinumque duorum aut trium generum bibere. Qui vero cibos vomitione rejiciunt, et alvos habent humidus, iis omnibus ex usu est, ut huic contrariam ineanat vitæ rationem.

At pueri infantes per multum temporis aqua calida lavandi sunt, vinumque iis aquosum in potu exhibendum, nec prorsus frigidum, idque offerendum, quod minime ventrem attollat, et flatum creet. Quæ facienda sunt, quo minus convulsionibus tententur, magisque adolescant, et coloratiores evadant.

Mulieres autem sic victus ratione sicciore victitare oportet. Nam et sicciore cibi ad muliebrem molliem magis sunt accommodati, et meraciores potus ad uteros et fetus nutritionem magis valent.

CAPUT III. — De exercitiorum generibus, quæ, quando, et qua ratione conveniant.

Qui exercentur, per hyemem eos currere et luctari convenit, et æstate parum quidem luctari, currere vero minime, sed multum in frigore deambulare. Qui cursibus defatigantur, ii luctari debent; qui vero lucta defatigantur, iis currendum est. Ita enim, qui laborat, corporis parte defatigati obnoxia calefiat, componatur, et maxime quiescat.

Qui, cum exercentur, alvi profluviis corripuntur, et alvi excrementa cibos referentia et incocta demittunt, ii de exercitationibus tertiam partem, ut minimum, et de cibis dimidium subtrahant. Constat enim sane, ventriculum ciborum copiam, ut concoquat concalefacere non posse. Cibus esto panis, quam maxime tostus, in vino intritus, et potus quam paucissimi et meracissimi, neque deambulationibus a cibo utantur. Sub hoc vero tempus semel duntaxat cibum sumere eos convenit. Sic enim vel maxime concalefiat ventriculus, et ingestos cibos superabit. Hoc autem alvi profluvii genus corporum habitus, densiore carne præditos, potissimum exercet, quando ita natura comparatum est, ut quis ad carniem esum compellatur. Venæ siquidem condensatæ cibos ingestos non recipiunt. Et hæc quidem natura est lubrica, et ad utramque partem vertitur, et in ejusmodi naturis parvo tempore viget bona corporis habitudo.

et de boire de deux ou trois espèces de vin : mais ceux qui ne vomissent point, ceux qui ont le ventre lâche, doivent se conduire d'une manière entièrement opposée.

8. (*Principes généraux de régime pour l'enfance.*) Il faut baigner longuement les jeunes enfants dans l'eau chaude, leur donner à boire du vin tempéré, qui ne soit pas bien frais; ne leur faire prendre que des choses qui ne gonflent point le ventre, qui ne donnent point de vents. On les préservera ainsi des convulsions; ils en deviendront plus grands; ils auront meilleure couleur.

9. (*Principes généraux de régime pour les femmes.*) Les femmes doivent user d'un régime très-sec : c'est celui qui convient à la mollesse de leurs chairs. La boisson de vin pur est bonne pour la matrice; elle est adaptée à leur genre de vie sédentaire.

10. (*Au gymnase.*) Les personnes qui fréquentent les gymnases doivent courir et lutter durant l'hiver; lutter peu dans l'été; ne faire point de course, mais se promener beaucoup au frais. Il faut, si on s'est excédé à la course, lutter de suite, et passer à la course quand l'on s'est excédé à la lutte. C'est le moyen de délasser les parties du corps fatiguées, et de les mettre toutes dans une juste température de chaleur. Lorsqu'au gymnase on gagne la diarrhée, et qu'on rend des matières crues, des aliments non digérés, il faut retrancher au moins le tiers de ses exercices, et la moitié de ses aliments : car il est manifeste, dans ce cas, que les entrailles ne peuvent faire la digestion de tout ce qu'on a coutume de prendre. On usera de pain bien cuit, trempé dans du vin. L'on boira peu, mais pur. L'on ne se promènera point à l'issue du repas, et l'on ne fera qu'un repas par jour, durant tout ce temps. On réchauffera ainsi les entrailles, qui se mettront en état de mieux digérer. Le cours de ventre dont je parle arrive surtout aux gens qui ont la chair compacte et beaucoup d'embonpoint. Quand avec cette constitution ils se trouvent obligés à manger une grande quantité de viande, leurs vaisseaux, abondants en chair, ne peuvent pas donner entrée aux sucs des viandes qu'ils avalent : outre que le grand embonpoint est par lui-même un état glissant, qui se reverse facilement; et la bonne santé ne peut pas long-temps persister avec une telle complexion. Ceux dont les chairs sont poreuses, dont la peau est velue, admettent plus de nourriture en viandes, sont susceptibles de plus de fatigue, et leur santé se soutient plus long-temps.

11. (*Régime dans quelques cas particu-*

At rariores, et hirsuti magis corporis habitus, carniū esum admittunt, laboresque magis sustinent, diutiusque in bona corporis habitudine perseverant. Qui postridie cibos eructant, et quibus præcordia, nimirum cibis non concoctis, attolluntur, iis longior somnus confert. Quin etiam ad alios corporis labores cogi debent, vinumque meracius et copiosius bibere, et sub id tempus paucioribus uti cibariis. Constat enim sane ventriculū, præ imbecillitate et frigiditate, ciborum multitudinem concoquere non posse.

At quos silis occupat, iis cibi et labores subtrahendi, et vinum, tum aquosum, tum quam maxime frigidum propinandum. Quibus vero viscerum dolores, aut ab exercitatione, aut ex alio aliquo itinere suboriuntur, his quiescere et cibis abstinere confert. Potu autem utantur, qui quam paucissima copia plurimam urinam ducat, ut ne venæ, natura visceribus insitæ, copia distendantur. Ex his etenim casibus tubercula et febres contingunt.

Quibus morbi ex cerebro oriuntur, eos primum capitis stupor detinet, et frequentem urinam reddunt, eademque, quæ in urinæ stillicidio, accidunt, istaque ad dies novem perseverant. Et siquidem per nares, aut aures, aqua vel mucus erumpat, morbo liberantur, et sedatur urinæ stillicidium. Urinam autem copiosam citra dolorem, et albam reddunt, ad vigesimum usque diem, dum capitis dolor hominem deserit, sed huic oculorum aciem intendenti splendor clam subducitur. Qui vero intelligentia valet, is bene subducta ratione secum reputare debet, quanti æstimanda sit sanitas, et ex utilitate sui consilii fructum in morbis recte percipere.

liers.) Les personnes qui vomissent le lendemain les aliments de la veille, celles dont les hypochondres sont météorisés avec des signes d'indigestion, doivent dormir plus longuement. Elles doivent aussi faire plus d'exercice, boire le vin pur, en augmenter la quantité, et manger moins, durant tout le temps que cette mauvaise disposition persiste : car il est manifeste que leurs entrailles ne peuvent, à raison de faiblesse et de froid, digérer la quantité d'aliments qu'elles prennent.

12. Si l'on est altéré, il faut supprimer des aliments et du travail, boire le vin bien trempé, très-frais. Ceux qui ont des douleurs d'entrailles à la suite des exercices ou de toute autre fatigue, font bien de diminuer la quantité de nourriture, et d'user de boissons diurétiques qui, prises en médiocre quantité, fassent rendre beaucoup d'urines, afin que les vaisseaux des viscères se relâchent, en rendant l'excès d'humeurs dont ils sont trop pleins. C'est cette plénitude qui fait les tumeurs et les fièvres.

13. Les personnes sujettes à des maux du cerveau ont d'abord des étourdissements ; elles urinent fréquemment, elles éprouvent les mêmes symptômes que ceux qui ont des stranguries. Cela dure pendant neuf jours ; et s'il sort par le nez, ou par les oreilles, de l'eau ou de la mucosité, elles sont délivrées de leur mal ; la strangurie finit. On rend une grande quantité d'urine blanche sans douleur, durant vingt jours ; après que le mal de tête est passé, on a encore des éblouissements.

14. (*Maxime générale concernant la diététique.*) Tout homme sage qui estime sa santé ce qu'elle vaut doit s'attacher à connaître les moyens de prévenir les maladies.

PRÆFATIO.

Diversorum auctorum opus hos tres libros esse, ipsa eorum lectio probat.

Perantiquus certe primus est, Heracliti præcepta continens, brevis, obscurus et hactenus hippocraticus. Omnes tres libros antiquissimos esse, Galenus testatur, verum non Hippocratis, et aut referri ad Euryphontem, aut Phaontem, aut Philistionem locrum, aut ad Aristonem, aut ad Pherecydem, aut ad Philetem, aut ad alium quendam veterum. Monet simul, hos viros omnes priscos esse, nonnullos quidem Hippocrate vetustiores, alios ei coævos fuisse (1), quamvis alio loco etiam addat, Hippocratem auctorem libri a quibusdam haberi (2).

Præter Sponium (3), et Jo. Matth. Gesnerum (4), qui genuinitatem libri primi defendunt, nuperiores omnes tres rejiciunt.

Alterum librum Hippocrate satis dignum Galenus censet, ejus vero duplex initium fuisse refert, quod ex libri principiis ipsis, quæ exhibuit, intelligitur (5). Multa ex hoc libro Celsus mutuasse Foesius refert (6). Multa, præsertim quæ ad anatonem pertinent, adjecta esse huic libro, Galenus suspicatur (7).

Liber tertius, diversissimus a duobus prioribus, ad Herodicum Selybranum a Clerico relatus (8), serioris autem ævi esse, et quidem Erasistratei, Sprengelii autumat (9).

Ce Traité, le second de la quatrième section dans Foës, est en trois livres. On y prescrit la manière de vivre la plus propre à faire éviter les maladies. Quoiqu'il ne soit pas unanimement regardé comme l'ouvrage d'Hippocrate, et qu'Haller ne l'ait pas fait imprimer parmi ceux de cette classe, il me paraît à plusieurs égards digne du père de la médecine, et je croirais qu'il est sorti de ses mains. Cette opinion paraîtra peut-être bien fondée, en voyant ce qui est dit au n° 3 de ce livre et au n° 8 du III^e. On pourra être plus d'une fois choqué de voir que l'auteur paraît s'éloigner étrangement de son sujet dans le premier livre, et dans une bonne partie du second. On sera toutefois bien satisfait, après avoir fini la lecture du troisième, et l'on reconnaîtra, si je ne me trompe, que la matière du régime est admirablement bien traitée dans les trois livres réunis.

1. (*Avant-propos, au sujet de ceux qui ont déjà écrit sur le régime.*) Si mes prédécesseurs qui ont écrit sur la diète que les hommes doivent suivre pour assurer leur santé me paraissaient en avoir connu ce qu'il est possible à l'esprit humain d'en savoir, il ne m'est restait, en rendant justice à leur travail, qu'à l'approuver et profiter de son utilité. Mais je trouve que beaucoup ont écrit sur cette matière, et qu'aucun ne l'a fait comme il le fallait. Certains ont bien traité quelques points; nul n'a laissé un travail qui satisfasse entièrement. On ne doit point les en blâmer, s'ils ne pouvaient faire mieux. Ils sont au contraire à louer, pour les efforts que leur ont coûté leurs recherches. Mon intention n'est donc pas de critiquer les erreurs qu'ils ont commises. Je viens convenir avec eux sur tout ce qu'ils ont recueilli de bon. Il serait impossible que je fisse bien si je m'écartais de leur doctrine là où elle est bonne. En les blâmant pour ce en quoi ils se sont trompés, je n'avancerais pas la chose. Je n'ai d'autre dessein, quant à ce qu'ils ont déjà dit, que d'exposer ce qu'il y a de bon. J'ai cru devoir prévenir là-dessus, parce que la plupart des gens, quand ils apprennent qu'un autre travaille sur des matières déjà traitées, sont peu disposés à accueillir son ouvrage, ne prévoyant pas qu'il doive entrer dans son dessein

(1) Gal. comm. 1. in libr. de diæta in acut. text. 17. (2) In libr. 1. de alim. facult. cap. 1. (3) In præf. ad libr. aphorismi novi ex Hipp. operib. coll. (4) Cfr. ej. *Ψυχαι' Ιπποκράτους*. (5) L. c. (6) In not. ad hunc libr. in edit. Hipp. (7) Libr. 6. de Hipp. et Platon. decret. cap. 3. (8) Hist. de med. part. I. lib. 3. p. 177. (9) Cfr. ej. Apol. d. Hipp. 1. Th. pag. 89.

LIBER I.

ARGUMENTUM LIBRI.

Docet quæ diætam salubrem instituenti prænosceda sint; ex quibus animantium corpora constituantur; humanos artifices cum natura confert; nec non masculos cum feminis inter sese in corporis robore, auctione, et nutritione. De temperamentis ætatum, sexusque agit; ac de variis animi pathematibus.

CAPUT I.—Procœmium totius operis, attentione, docilitate, et benevolentia conditum; quæ diætetico medico prænosceda, et de cibi atque potus facultate.

Si quis ex his, qui antea de hominis victus ratione, quæ ad sanitatem spectat, scripserunt, omnia in totum recte cognovisse, et quantum humanus animus complecti potest, scriptis comprehendisse mihi videretur, satis esse putarem, si aliorum labores, quos recte susceptos esse existimarem, ad eorum cujusque utilitatem accommodarem. At vero cum multi jam ea de re scripserint, nullus tamen, quid scribendum fuerit, recte mihi novisse videtur. Alii quidem aliud attigerunt, totum vero ne unus quidem adhuc ex his, qui ante exstiterunt. Neque tamen eorum quisquam reprehendendus, quod invenire non potuerint, quin potius laudandi omnes, quod quædam investigatione aggressi sunt. Neque ergo, quæ recte dicta non sunt, arguere decrevi, sed his, quæ abunde sunt cognita, assentiri in animo habeo.

Quæ igitur ab iis, qui ante nos fuerunt, dicta sunt, de his fieri non potest, si aliter scribatur, ut recte scribam. Quæ vero non recte dixerunt, si ea quidem, quod ita non habeant, redarguero, nihil profecero. At eorum quodque, quomodo recte habere videatur, exponere, et declarare est animus. Hanc autem orationem ideo præponendam duxi, quod plerique, ubi aliquem prius de re aliqua disserentem audierint, eum, qui posterius his de rebus disceptat, non approbant, nescientes ejusdem mentis esse de his, quæ recte dicta sunt, cognoscere. His ergo, quæ

de rendre justice à ceux qui l'ont précédé, pour ce en quoi ils ont raison. Quant à moi, j'adhérerai à ce qu'on a dit de bon, ainsi que je l'ai annoncé. Pour ce où l'on s'est mépris, je ferai voir en quoi, et comment. J'ajouterai enfin beaucoup de choses dont mes prédécesseurs n'ont pas parlé.

2. (*Connaissances préliminaires, nécessaires pour écrire sur le régime.*) Je maintiens que pour bien écrire sur le régime de l'homme, il faut préalablement être bien instruit de sa nature, connaître ce que l'homme est dans son origine, et quelles sont les diverses parties dont il est composé. Si, en effet, l'on ignore sa composition dès son commencement, et ce qui y domine, comment prescrire ce qui peut lui être utile? Voilà donc les premières connaissances nécessaires pour traiter cette matière. Il faut ensuite savoir les propriétés des aliments et des boissons dont nous usons, les vertus naturelles de chacune de ces choses, et celles qu'elles acquièrent par les préparations ou par les altérations que l'industrie des hommes y apporte. Il faut être instruit sur les moyens d'affaiblir ce qui est trop actif, et de fortifier par le secours de l'art, ce qui se trouve trop faible de sa nature, suivant que l'occasion s'en présente. Lorsqu'on possède toutes ces connaissances, l'on n'en a point encore assez pour se charger du soin d'entretenir la santé des hommes; car il ne suffit pas, pour se bien porter, de prendre des aliments, si le corps ne travaille. La nourriture et le travail exercent chacun des forces opposées qui doivent agir à leur tour, et qui concourent également à faire la bonne santé. Le travail est destiné à consommer le superflu; les aliments et la boisson, à remplacer les pertes continuelles. Il faut donc encore connaître les effets des divers genres de travail, les effets des travaux naturels et ceux des travaux forcés; quels sont les travaux qui font l'augmentation des chairs, quels en occasionnent le dépérissement. Non-seulement cela, mais encore quelle est l'énergie d'un travail modéré, proportionné à la quantité des aliments, à la nature des hommes, à leurs différents âges, aux diverses saisons de l'année, aux changements des vents, à la situation des pays où l'on vit, à la constitution de l'année. Il faut être au fait du coucher et du lever de certains astres (1), savoir observer les change-

(1) Il ne s'agit pas ici d'astrologie. On ne déterminait guère, du temps d'Hippocrate, le commencement et la fin des saisons, que par le lever et le coucher de telles ou telles étoiles.

recte dicta sunt, velut dixi, assentior; quænam vero sint, quæ non recte fuerint cognita, aperiam. Quin etiam, quæ eorum nullus, qui ante me fuerunt, explicare aggressus est, qualia fuerint, demonstrabo.

CAPUT II. — Institutum suum proponit de diæta, tum universali, tum particulari, ad quod ciborum, potionum, laborum, astrorum, regionum facultates dignoscendæ sunt.

Qui de hominis victus ratione recte scripturus est, eum, meo quidem iudicio, primum totius hominis naturam nosse ac dignoscere oportet. Ac nosse quidem, ex quibus ab initio constet; dignoscere vero, quænam in eo partes superent. Nisi enim primam constitutionem noverit, quodque in corpore superet, ea, quæ homini conducant, minime offerre poterit.

22. (*Explication du même principe aux marchands et aux comédiens.*) Ceux qui vont à la foire se comportent de même; c'est à qui trompera le mieux, et du côté du vendeur et de celui de l'acheteur. Celui qui trompe le plus adroitement est admiré comme habile. On y fait les affaires le verre à la main; c'est une espèce de rage. On court, on se heurte, on se bat, on vole, on trompe. Il y a toujours quelque joueur de farces qui attire les badauds et qui se moque d'eux. Il parle tout autrement qu'il ne pense à des gens qui le savent bien. Un autre lui succède; c'est le même et ce n'est pas le même: il joue seulement un autre rôle. Un même homme est chargé de parler d'une façon et d'agir d'une manière opposée. Il a une pensée, et il en montre une autre.

23. (*L'auteur revient à la formation de l'homme par la nature, l'examinant dans sa naissance.*) Tous les arts participent donc, comme je le disais, à la nature de l'homme qui est un mélange de feu et d'eau. L'âme, attachée à une partie, se répand dans tout l'animal tandis qu'il respire. Elle agit sur l'homme tout entier, sur le vieillard et sur l'enfant: elle augmente chez tous de la même manière. Dans le corps des enfants, les circuits sont plus courts pendant tout le temps qu'ils grandissent; elle se consume à le faire croître: on dirait qu'elle a des ailes, qu'elle vole, et ne voit que cet objet. Dans la vieillesse, les mouvements sont plus lents; le corps est froid: il semble

que des physiologistes ont appelé ensuite *les esprits*.

cet et calidis cibis, reliquaque vitæ ratione. Si igitur feminam procreare est animus, victus ratione ad aquam tendente est utendum, si vero marem, victus ratio, quæ ad ignem spectet, instituenda est. Ac neque solum hoc viro, sed etiam mulieri peragendum. Neque enim solum, quod a viro excernitur, ad incrementum aptum est, sed etiam, quod a muliere, istam sane ob causam. Neutrū quidem per se sufficientem habet motionem, ut affluentem humoris copiam absumat, sed ex ignis imbecillitate con crescit. Cum vero in unum ambo con venierint, in sese mutuo incidunt, ignis ad ignem, et aqua eodem modo. Si quidem igitur in sicco loco circumagitur, simul illapsam aquam superat, ab eaque ignis incrementum accipit, ut non ab illabente unda exstinguatur, sed et id, quod irruit, excipiat, et quod existit, cogat. Sin in humidum inciderit, statim ab initio ab illabente unda exstinguitur, et in minorem ordinem dissolvitur. Uno vero cujusque mensis die ea, quæ irruunt, cogere et superare valet, idque si contigerit, ut, quæ ab utrisque immittuntur, in eundem locum simul conveniant. Coire autem inter se possunt et mas et femina, quandoquidem animus in omnibus animatis idem est, cujusque vero corpus differt. Semper igitur animus, tum in majore, tum in minore similis est. Neque enim natura, neque necessitate immutatur. Corpus vero nunquam in ullo, neque natura, neque necessitate, idem est, cum partim in omnia secernatur, partim per omnia commisceatur.

Si igitur contigerit, ut ab utrisque mascula corpora secernantur, pro re præ senti increscunt, procreanturque viri animo clari, et corpore validi, nisi a subsequente victus ratione vitium contrahant. Quod si a viro quidem masculum semen secernatur, a muliere vero feminum, et masculum superaverit, eo quidem casu ad validiorem aut imbecilliorē genituram commiscetur, cum nihil ex his, quæ adsunt, habeat, ad quod se conferat, et cum quo melius nutriatur. Parva enim majorem, et major minorem suscipit; in commune tamen in ea, quæ existunt, imperium exercent. Et maris quidem corpus increscit, feminae vero minuitur, et ad aliam sortem seponitur. Atque hi quidem prioribus minus clari sunt, sed quoniam masculum a viro excretum dominatum obtinuit, viriles procreantur, et hoc nomen merito retinent.

At si a muliere masculum quidem se-

que l'âme soit pesante. Tout alors tend vers le moins. Tandis donc que le corps jouit de toute sa force, durant qu'on est apte à la génération, l'on est capable de nourrir et de faire croître. Comme dans la société on appelle puissants les hommes qui peuvent en nourrir beaucoup d'autres; si l'on n'en peut nourrir que peu, l'on est regardé comme pauvre: il en est de même du corps. Celui qui peut nourrir beaucoup d'âmes est vigoureux et robuste; celui qui ne le peut point, celui que les âmes ont quitté, est faible et chétif. Quand elles vont ailleurs, elles ne prennent plus de nourriture; lorsqu'elles sont reçues dans le sein de la femme, elles croissent suivant les circonstances. Les membres se séparent et augmentent tous en même temps, conformément à leur destination. L'un ne commence pas plus tôt que l'autre; nul n'est le dernier; les plus grands de leur nature paraissent plus tôt, mais ils ne se sont pas formés avant les autres. Le tout est développé dans un espace de temps qui n'est pas constamment le même. Il en faut, tantôt plus, tantôt moins, suivant qu'il s'y trouve plus ou moins de feu, et que la nourriture en est plus ou moins hâtée. Certains fœtus sont organisés dans quarante-trois jours, d'autres dans trois mois. Ceux qui viennent le plus tôt au jour, étant vitaux, naissent dans le septième mois; ceux qui viennent plus tard naissent dans le neuvième: les uns et les autres apportent dès-lors le tempérament qu'ils garderont toute leur vie.

24. (*Ce qui fait les mâles et les femelles lors de la formation du fœtus.*) Les mâles et les femelles sont formés en la manière que je vais dire, autant qu'il est possible de le conjecturer. Les femelles s'engendrent d'une plus grande quantité d'eau provenant des choses froides, humides et molles, tant de la part des aliments et de la boisson, que des habitudes et du genre de vie efféminé qu'on mène. Les mâles participent plus du feu, qui se tire soit des aliments, soit de tout le régime. Lors donc qu'on veut avoir des filles, il faut user d'un régime aqueux; quand on désire des mâles, user d'un régime échauffant. Ce n'est pas le père seul qui doit suivre ce genre de vie, la femme doit s'y conformer aussi, car elle fournit la faculté de faire croître, de même que le mari. Nul des deux n'a en lui seul le mouvement nécessaire pour fournir à l'accroissement, à cause de son humidité que son feu ne peut suffisamment absorber: mais, lorsque les germes de l'un et de l'autre se réunissent, le feu de l'un avec le feu de l'autre, et l'eau avec

cretum fuerit, et a viro femineum, masculumque dominatum obtineat, eodem modo, quo prius incrementum accipit, hoc vero minuitur, Androgyni, hoc est, semiviri procreantur, hocque nomine recte nuncupantur. Atque tres hæ quidem hominum generationes plus aut minus inter se differunt, ob partium aquæ temperationem, alimenta, educationes, et consuetudines, de quibus etiam procedente oratione est agendum. Femina vero eodem modo procreatur, siquidem ab utrisque femineum secretum fuerit; maxime ad mollitiem a natura comparatæ nascuntur. Quod si mulieris quidem semen femineum viri vero masculum fuerit, obtinuerit autem femineum, eodem modo increscit, et prioribus audaciores quidem sunt, venustæ tamen et ipsæ. At si viri semen femineum fuerit, mulieris vero masculum, prævalueritque femineum, eodem modo incrementum accipit, et prioribus longe audaciores nascuntur, viraginesque nominantur. Si quis autem animum animo commisceri minime sibi persuadeat, is ratione caret. Quod si carbones ardentés ad ardentés, validos ad debiles adjiciat, et ipsis alimentum exhibeat, eandem omnes corporis speciem præbent, neque alter ab altero dignoscetur, sed quocumque in corpore ignem suscitaverint, idem in omnibus erit. Ubi vero præsens alimentum consumserint, in id, quod obscurum est, secedunt. Idem quoque humano animo contingit.

CAPUT XI. — Ortus et incrementi humani diversitatem in multitudine fetuum enarrat.

At vero gemellorum procreationem hæc oratio aperiet. Quorum fere quidem natura uteri muliebris in causa est. Si enim utraque ex parte, juxta osculum, æqualiter a natura comparati fuerint, et æqualiter hiaverint, et a purgatione siccantur, alere possunt, si viri semen conceperint, ita, ut statim dividatur. Sic enim in utrumque uterum æqualiter spargi necesse est. Si igitur copiosum ob utrisque, et validum semen excretum fuerit, in utrisque locis increscere potest, cum accedens alimentum superet. Quod si aliter contingat, gemini non nascuntur. Cum itaque ab utrisque masculum excretum fuerit, in utrisque masculos generari necesse est. Cum vero femineum ab utrisque, feminæ procreantur. Quod si hoc quidem femineum, illud vero masculum fuerit, quodcumque alterum superaverit,

l'eau, si ce mélange se fait en un lieu sec, le mouvement est augmenté; l'eau est dominée, le feu s'accroît au point de ne pouvoir être éteint par l'humidité. La nourriture qui survient s'y applique, et il en résulte un être qui s'organise. Quand le mélange se fait dans un lieu humide, le feu est promptement étouffé par la surabondance d'eau; il tombe dans le moins. Il y a tous les mois un jour propre à la génération, tel qu'à cette époque le mélange des semences devient très-susceptible de prendre de la nourriture. Les germes d'un mâle et ceux d'une femelle peuvent s'unir ensemble. L'âme dans tous les êtres animés étant la même par sa nature, tandis que les corps sont très-différents, elle reste toujours la même, qu'elle croisse ou qu'elle diminue. Elle ne change jamais de nature, et la violence n'y peut rien: mais les corps ne sont jamais les mêmes, ni dans leur nature, ni dans les altérations que la nécessité y apporte. Ils sont continuellement changés par des divisions et par des mélanges.

25. (Continuation du même sujet.) Si les germes fournis par le père et par la mère sont tous deux mâles, le mélange s'accroît quand les circonstances y concourent; et il en naît des hommes à grande âme, dont le corps sera vigoureux, pourvu qu'il ne soit pas altéré par le régime. Si le germe qui vient du père est mâle, et celui qui vient de la mère, femelle, lorsque le mâle prévaut dans ce mélange du fort et du faible, les deux sexes ne pouvant pas subsister ensemble, il faut que l'un disparaisse; que le petit reçoive le grand, ou que le grand reçoive le petit: mais enfin l'un des deux prévaut dans la carrière qu'ils courent en commun. Le corps sera donc mâle. Ce qu'il y a de féminin se diminue et passe à une autre destinée. Les enfants, dans ce cas, sont moins virils; ils le seront cependant, parce que les germes du père ont prévalu; et c'est à juste titre qu'on les appellera des hommes. Si la femme a fourni un germe mâle et le père un germe femelle, et si celui de la mère prévaut, il prendra sa nourriture comme dans le cas précédent; celui du père passera vers le moins; il en proviendra un homme efféminé: on les appelle, avec raison, des androgynes. Ces trois espèces d'hommes diffèrent entre eux par le plus ou le moins de particules d'eau dans le mélange, par la nourriture, par l'éducation et par les habitudes qu'ils contractent. C'est ce que je développerai dans la suite de ce traité. Quant aux filles, elles viennent comme je vais le dire. Lorsque le père et la mère fournis-

id ipsum incrementum accipiet. Similes vero inter se gemelli hanc ob causam existunt. Inprimis quidem, quod æqualia sunt loca, in quibus increscunt; deinde, quod ex eodem semine sati sunt; postea, quod iisdem alimentis augescent, vitalesque in lucem producuntur. Fetus autem succedanei hunc in modum gignuntur. Ubi uteri natura calidi et sicci fuerint, et mulier ejusmodi, semenque calidum et siccum inciderit, nulla amplius in uteris existit humiditas, quæ superillapsum semen superet. Quam ob causam initio coalescit ac vivit, permanere autem non potest, quin etiam quod prius inest insuper corruptipit, quod non eadem utrisque conducunt

CAPUT XII. — Ortus et incrementi humani diversitatem secundum constitutionem corporis declarat, ubi pro ætatum diversitate diversa diæta instituitur.

At corpus humanum ubi temperationem ex tenuissima aqua et rarissimo igne adeptum fuerit, saluberrimum habitum ideo efficit, quod neque in maximis anni tempestatum mutationibus, neque in ætatum transmutationibus, neque in ciborum ac potuum victus ratione, aqua densissima existit in aquæ accessionibus, neque ignis in ignis incursibus. Possunt enim ambo tum generationem, tum repletionem copiosam suscipere.

Æs tum mollissimum, tum rarissimum, plurimum temperamentum recipit, et optimum redditur. Eadem ratione etiam, quod in aqua est tenuissimum, et quod in igne est rarissimum, inter se temperata. Qui igitur hac natura sunt prædita, sani omni tempore, usque ad quadragesimum annum perseverant, quidam vero etiam usque ad extremam senectutem. Qui vero supra quadragesimum annum morbo aliquo correpti fuerint, vix unquam evadunt.

At vero corpora, quæ ignis validissimi et aquæ densissimæ temperationem sumserint, valida quidem et robusta evadunt, verum multa cura indigent. Magnas enim utramque in partem mutationes habent, et in aquæ et ignis accessionibus eodem modo in morbos incurrunt. Huic igitur victus ratione anni temporibus contraria uti confert. Aquæ quidem accessione contingente; iis, quæ aquæ adversantur, utendum, sensim quidem pro anni temporum ratione transmutatione facta. At ubi aquæ crassissimæ, et ignis tenuis-

sent un germe femelle chacun, il en naît une fille qui a toute la nature du sexe féminin. Quand le germe, venant de la mère, est femelle, et que celui du père est mâle, si celui de la mère prévaut, il prendra sa nourriture; la fille qui en naîtra sera plus courageuse que celle du cas précédent. Elle tiendra beaucoup des qualités et des agréments de son sexe. Lorsque le germe du père sera femelle, celui de la mère mâle, et que le premier prévaudra, il prendra sa nourriture comme dans les deux autres cas. Il en proviendra une fille hardie; elle sera de celles qu'on nomme des filles hommasses. Si quelqu'un ne pouvait croire qu'une âme se mêle avec un autre, que celle d'un germe puisse se mêler avec celle d'un autre germe, c'est faute de réflexion. Lorsqu'on allume des charbons, tant de bonne que de mauvaise qualité, au moyen d'autres charbons allumés, mêlés tous ensemble, et qu'on leur donne la nourriture en soufflant, ils forment un seul brasier dans lequel on ne les distingue plus l'un de l'autre; c'est un seul tout composé de l'ensemble de chacun. Lorsqu'il a consumé toute sa nourriture, il se dissipe sans qu'on sache ce qu'il devient. Il en arrive autant de l'âme de l'homme.

26. (*Formation des jumeaux.*) Quant à la formation des jumeaux, voici ce qui en est. On doit en rapporter la cause à la matrice des femmes. Quand son orifice se trouve bien situé de manière à recevoir également le sperme de chaque côté, qu'elle est en même temps bien purgée, et que la semence de l'homme, dont la matrice se saisit, est aussitôt divisée en deux parts qui se portent, comme une rosée, chacune dans une des deux cavités de son fond, répondantes aux deux cornes: si cette semence est abondante et vigoureuse, chaque part peut prendre son accroissement dans sa loge; elle y trouve une nourriture suffisante. Quand ces conditions n'ont pas lieu, il ne peut se former de jumeaux. Si le père et la mère ont fourni des germes mâles, il en vient nécessairement deux garçons; si les germes de l'un et de l'autre sont femelles, ce sera deux filles. Si l'un fournit des germes mâles, l'autre des germes femelles, le sexe des jumeaux dépendra de la supériorité de ces germes l'un sur l'autre. Ils auront toujours entre eux une grande ressemblance, parce que les lieux où ils se font sont semblables, et parce que, depuis leur séparation, ils prennent l'accroissement d'une nourriture commune. Ils sont vitaux, lorsqu'ils n'éprouvent point d'accident particulier.

27. (*La superfétation.*) La superfétation

simi in corpore temperatio facta fuerit, talia contingunt, ex quibus frigidam et humidam naturam dignoscere convenit. Et corpora hyeme, quam æstate, et vere; quam autumno, morbosiora existunt.

Inter hos, quod ad ætates attinet, pueri maxime sani sunt, secundo loco adolescentibus, morbis vero maxime obnoxii senes, et qui proxime ad eos accedunt, eaque naturæ cito senescunt. His in victus ratione conferunt quæcumque calefaciunt et siccant, tum in laboribus, tum in cibis, et ad exteriores corporis partes labores adhibere magis, quam ad interiores convenit. Si vero quod in igne est humidissimum, et in aqua densissimum, temperaturam in corpore acceperit, ex his humidam et calidam naturam dignoscere licet. Hi quidem vere maxime morbis tentantur, autumno vero minime, quandoquidem vere humiditatis excessus est, autumno vero siccitatis commoderatio. Ex ætatibus maxime morbis obnoxii, quæ juniores. Corpora vero celeriter increscunt, iique distillationibus obnoxii evadunt. Victus autem ratio confert, quæ siccant et refrigerant, tum in cibo, tum in potu, ac laboribus. His quoque partes corporis internas laboribus exercere maxime conducit. At si quod in igne est validissimum, et in aqua tenuissimum, temperaturam adeptum fuerit, sicca et calida ea est natura, iique in ignis accessionibus morbo corripuntur, in aqua vero accessionibus sanitate fruuntur. Ætatibus florentibus, quoad pleniorum corporis habitum comparandum, morbosissimi sunt; senes vero, et ad utrosque proxime accedentes, admodum sani. Victus ratio, quæ refrigeret et humectat, et labores minime calefacientes et colligantes, plurimam refrigerationem exhibebunt. Ejusmodi naturæ longissimæ sunt vitæ, et maxima sanitate fruuntur. Quod si ignis rarissimi et aquæ siccissimæ temperationem acceperit, sicca et frigida ejusmodi est natura, autumno quidem morbis obnoxia. Vere autem et proximis temporibus, sana. Eodem modo cum quadraginta annorum ætatem attigerint, morbosæ; pueri maxime sani, et cum ad utrasque ætates accedunt. Victus ratio conveniens, quæ calefaciendo humectat, et labores, qui sensim adhibiti leniter calefaciunt, neque multum ex his, quæ adsunt, tollunt. Quod igitur ad naturæ cognitionem attinet, ea sic ex prima corporis constitutione dignoscenda est.

Ætates autem per se consideratæ hoc se habent modo. Puer quidem ex humidis

a lieu quand la matrice est d'une nature chaude et sèche; que la femme a le même tempérament, et qu'elle reçoit une semence qui a aussi le tempérament chaud et sec. Comme dans ce cas la matrice n'a point d'humidité qui surmonte la semence après la grossesse, il en résulte une nouvelle production, qui prend d'abord une nouvelle consistance et qui commence de vivre : mais elle ne saurait arriver à sa perfection. La première conception antérieure l'emporte et détruit la seconde, l'une et l'autre ne pouvant s'accorder de la même nourriture.

28. (*Tempéraments. Ce qui les constitue. Avec des vues générales sur le régime. Première espèce de Tempérament.*) L'homme dont le corps est d'un tempérament composé de ce que l'eau a de plus subtil et le feu de plus rarifié, est celui qui jouit de la plus belle santé : parce que dans les grands changements des diverses saisons de l'année, son eau ne s'épaissit point lorsque le temps est le plus humide, et son feu ne s'accroît point avec les plus fortes chaleurs; son tempérament ne souffre point de la mutation des âges, ni de la diversité des aliments ou des saisons. Il a en lui, au plus haut degré, le principe du mouvement et celui de la nourriture. Ainsi, le cuire mou et souple est celui de la meilleure nature et le plus excellent, en ce qu'il participe de l'eau la plus ténue et du feu le plus rarifié. Les hommes dont je parle possèdent, en général, une bonne santé jusqu'à l'âge de quarante ans, quelques-uns même jusqu'à une extrême vieillesse. Mais s'ils tombent dans quelque maladie après la quarantième année, ordinairement ils y périssent.

29. (*Seconde espèce de tempérament.*) Quand le tempérament est composé de ce que le feu a de plus fort et d'une eau très-craisse, le corps est fort et vigoureux, mais il a besoin de beaucoup de précautions. Il est fort exposé aux impressions des grands changements opérés par l'un et l'autre de ses deux principes. Le grand chaud et la grande humidité produisent chez lui des maladies. Il doit donc user d'un régime qui en prévienne les effets, lors surtout que les saisons deviennent fort humides. Il faut qu'il passe par gradations à un genre de vie qui corrige les effets de l'excès d'eau dans l'atmosphère.

30. (*Troisième espèce de tempérament, dont la différence avec la première espèce est peu caractérisée.*) Le mélange de ce que l'eau a de plus épais et de ce que le feu a de plus subtil, forme un tempérament où l'on reconnaît sans peine une nature froide et humide. Les corps de cette espèce sont plus exposés aux maladies du-

et calidis temperationem habet, quandoquidem ex his constat, et in his incrementum accepit. Quæ igitur ortui sunt proxima, humidissima et calidissima, et quam plurimum increscunt, eodemque modo, quæ ad hæc accedunt. At adolescens calidus quidem, quoniam ignis accessio aquam superat, siccus vero, quia puerile humidum jam consumptum est, partim quidem in corporis incrementum, partim vero in ignis motionem, partim etiam a laboribus. Vir cum corpus constitit, siccus et frigidus, quoniam calidi quidem accessio non amplius superat, sed sistitur incrementum in corpore quiescens, et perfrigeratur. Verum ex juvenili ætate siccitas adest, neque ab accedente ætate, neque aquæ accessione humiditatem habet, ideoque a siccis et frigidis superatur. Senes autem frigidi et humidi, quoniam ignis quidem decessio, aquæ autem accessio adest, etsiccitatis quidem submotio, humidorum vero constitutio.

At vero inter omnes, mares quidem calidiores sunt et sicciore, feminæ vero humidiores et frigidiores, eam ob causam, quod utriusque per exordia in talibus nati sunt, et ex talibus increverunt. Quin etiam in lucem producti masculi laboriosiore victus genere utuntur, quo incalescunt ac resiccantur; feminæ vero humido magis ac otioso, et singulis mensibus calidi purgationem ex corpore habent.

CAPUT XIII. — Ortus et incrementi humani diversitatem secundum animæ vim *γυωστικην*, tum intelligentem, tum sentientem edisserit.

At de ea, quæ dicitur animi prudentia, vel imprudentia, sic se res habet. Si quod in igne est maxime humidum, et in aqua maxime siccum, in corpore temperata fuerint, prudentissima efficiuntur, quoniam ignis quidem ab aqua humiditatem, aqua vero ab igne siccitatem habet. Utrumque autem hoc modo sibi maxime satis esse videtur. Neque ignis alimenti inopia longe proficiscitur, neque aqua motionis penuria admodum sublevatur. Utrumque igitur, tum hoc modo sibi satis est, tum inter se temperata. Quod enim vicinis minime indiget, id maxime præsentia amplectitur, ignis, qui minime, neque necessitate movetur, et aqua, quæ maxime, non per vim. Ex his autem ubi con-temperationem animus habuerit, prudentia et memoria maxime valet. Quod si aliquo superinducto usus fuerit, et horum quodcumque increverit, aut conta-

rant l'hiver que pendant l'été, et dans le printemps que dans l'automne. Ils ont l'enfance, mais surtout la jeunesse, plus saines que l'âge de maturité. Dans la vieillesse et aux approches, ils sont pleins d'infirmités; ils sont décrépits avant le temps. Leur régime doit tendre à échauffer, tant au moyen des aliments que des boissons et de l'exercice des organes, plus des extérieurs que des intérieurs.

31. (*Quatrième espèce de tempérament, qui répond au tempérament chaud et humide, ou sanguin.*) Les gens dont le tempérament est composé d'un feu très-humide, et de ce que l'eau a de plus crasse, se reconnaissent à une nature humide et chaude. Ceux-ci sont plus malades pendant le printemps, rarement dans l'automne: car dans le printemps l'humidité domine; dans l'automne, la sécheresse est médiocre. Quant aux divers âges de leur vie, c'est durant celui de l'enfance qu'ils sont le plus malades. Leur accroissement est prompt; ils sont sujets à des fluxions. Ils doivent dans leur régime user de tout ce qui rafraîchit et qui dessèche, soit en aliments, soit en boissons, ou en divers exercices. Ici c'est principalement les organes intérieurs qui doivent travailler.

32. (*Cinquième espèce de tempérament qui répond au chaud et sec, que les anciens appelaient spécialement bilieux.*) Lorsque le tempérament est composé d'un feu très-fort et d'une eau très-subtile, la nature du corps est chaude et sèche. Les grands changements en chaud, dans les diverses saisons, occasionnent beaucoup de maladies chez les personnes de ce tempérament: elles se portent mieux avec les temps humides. Dans la fleur de l'âge, au temps de la vigueur, les dangers les entourent. La vieillesse et ses approches sont le temps de leur meilleure santé. Elles doivent dans le régime chercher à se rafraîchir et à s'humecter; éviter tous les exercices qui échauffent et qui dessèchent; préférer tout ce qui donne de la fraîcheur dans le corps. Les personnes de ce tempérament sont vivaces: elles jouissent en général d'une bonne santé.

33. (*Sixième espèce de tempérament qui répond au sec et froid, ou atrabilaire des anciens. Nota. Qu'on ne trouve pas ici le tempérament froid et humide ou pituiteux, dont il est cependant parlé légèrement à la fin du numéro suivant.*) Si le tempérament est composé du feu le plus raréfié, et de ce qu'il y a de plus sec dans l'eau, la nature du corps est sèche et froide. On est sujet à des maladies en automne; l'on se porte mieux au printemps et aux environs. C'est vers l'âge de quarante ans qu'on est le plus exposé aux maladies; l'enfance est le temps où la santé va le

buerit, imprudentissimus evadit, quod cum sic se habeant, ipsa sibi maxime satis esse videntur.

Quod si ignis et aquæ purissimæ temperationem acceperit, et ignis aqua paulo inferior fuerit, ii quidem etiam prudentes sunt, plus tamen illis, quam in priore temperatione deest, quoniam ignis ab aqua superatur, tardamque motionem efficiens, segnus in sensus illabatur. Ejusmodi autem fere stabiles sunt animi, quamcumque ad rem se applicuerint. Quod si recta adhibeatur victus ratio, prudentiores et acutiores præter naturam evadent. His autem conducit, ut victus ratione, quæ ad ignem magis accedat, utantur, et neque cibis, neque potionibus explentur. *Cursibus itaque celeribus utendum, quo et corpus humore vacuetur, et humor celerius sistatur. Lucta autem, frictionibus, et similibus exercitationibus uti non convenit, ut ne caviores redditi meatus explentur. Ab his enim animi motum gravari necesse est. Deambulationibus etiam, tum a cœna, tum matutinis, itemque post cursus utendum est. A cœna quidem, quo siccus alimentum ab iis, quæ ingeruntur, animus accipiat. Mane vero, ut viâ humore vacuentur, et animi meatus minime, obstruantur. Ab exercitiis autem, ne quod a cursu excretum est, in corpore remaneat, et animo commixtum vias obstruat, et alimentum conturbet. Confert etiam, ut vomitionibus utantur, quo corpus repurgetur, si quid negligentius labore effecerint. A vomitione autem, sensim adjuciendo, cibis offerendus, per quatuor, ut minimum, dies. Ungi vero, quam lavari, magis convenit. Rebus autem veneris in aquæ accessionibus magis utendum, minus vero, in ignis incursionibus.*

At si in aliquo inferiorem, quam aqua, potentiam ignis sortitus sit, tardiorum esse necesse est, appellanturque ejusmodi stolidi. Nimirum enim cum tardus sit ambitus, paulatim sensationes allabuntur, et quæ acutæ existunt, sensim etiam commiscuntur, propter ambitus tarditatem. Acutæ enim sunt animi sensationes, quæ visione auditione percipiuntur; quæ vero tactu, tardiores et facilius sentiuntur. Has igitur non minus ii sentiunt, quam quæ sunt frigida et calida, et ejus generis. Quæ vero visione et auditione percipienda sunt, quæ non ante sciunt, percipere nequeunt. Nisi enim ab igne illabente commotus animus fuerit, id, quaecumque sit, non percipiet. Id igitur hujusmodi animis ob

mieux. Le régime doit être chaud et humectant. On doit faire des exercices modérés, qui échauffent insensiblement, qui ne fassent point perdre de l'humidité naturelle.

54. (*Phénomènes propres aux tempéraments pris, 1^o de la considération des âges.*) Voici quelques notions propres à faire connaître la nature que chacun apporte dès son origine. Considérons d'abord les âges. On voit dans l'ENFANCE un mélange de chaud et d'humide; c'est de chaud et d'humide que le fœtus a été formé et qu'il a été nourri. Plus on est près de la naissance, plus la chaleur et l'humidité sont grandes. Aussi l'accroissement est-il alors plus grand, et tout ce qui y a du rapport, comme l'appétit, la souplesse des parties, etc. L'ADOLESCENCE est chaude, parce que les passages ouverts au feu le font prévaloir sur l'eau; aussi l'adolescence est chaude et sèche: l'humidité se consume dans l'accroissement du corps, par le mouvement du feu, par les exercices. L'ÂGE VIRIL est froid et sec, parce qu'alors les passages pour le feu ne prévalent plus: l'accroissement n'a plus lieu; le corps est arrêté; la sécheresse de l'âge précédent subsiste; l'eau, dont les passages ne sont point préparés, ne domine point encore; il résulte donc et froid et sécheresse. LA VIEILLESSE est froide et humide: le feu se retire entièrement; l'eau, dont les passages sont ouverts, le domine: la sécheresse disparaît.

55. (*2^o De la considération des sexes. Les femmes sont plus froides et plus humides que les hommes.*) Les hommes sont en général plus chauds et plus secs; les femmes sont plus froides et plus humides. C'est une particularité de leur nature que les deux sexes apportent dans leur formation chacun en naissant: ils croissent l'un et l'autre avec elle. L'homme de son côté fortifie sa nature par un genre de vie pénible, qui l'échauffe et le dessèche: celle de la femme est entretenue et augmentée par sa manière de vivre molle et humide; outre que la femme perd tous les mois beaucoup de chaleur par ses évacuations.

56. (*Diverses constitutions quant à l'âme, avec des vues sur le régime pour la médecine de l'esprit.*) Quant à l'intelligence de l'âme et à ce qu'on appelle ses égarements, lorsque ce sont les parties du feu les plus humides qui sont mêlées avec les plus sèches de l'eau, ce mélange dans le corps fait l'âme la plus intelligente. Le feu alors tient quelque chose de la nature de l'eau, et l'eau tient de celle du feu: en sorte que l'un et l'autre peuvent absolument se suffire. Ainsi, le feu n'ayant pas autant besoin d'eau pour sa nourriture, monte à son plus haut degré, et l'eau pareille-

celeritatem non contingit. Quod si recta victus ratione utatur, is etiam melior evadere queat. Eadem igitur, quæ priori, victus ratio confert; verum cibis, tum siccioribus, tum paucioribus, laboribus autem pluribus et vehementioribus utendum. Confert etiam, ut fomentis, et ab iis vomitionibus utatur, et post vomitus ex longo intervallo cibos exhibeat, si minor vomitus contigerit. Quæ si fecerit, magis valebit, et prudentior evadet.

Quod si magis ab aqua ignis superetur, hos jam alii dementes, alii attonitos appellant. Eorum autem insania tardior existit. Hi plorant, cum e nemine videntur, aut verberentur, minime metuenda metuunt, molestia afficiuntur, ubi minime convenit, et sentiunt, quæ prudentes non deceant. Iis itaque fomenta conducunt, et a fomentis purgationes ex veratro, et victus ratio, quam antea dixi, isque pulmonis extenuatione et siccitate opus habet.

At si aqua inferiorem, quam ignis, facultatem adepta sit, cum sinceram temperationem habeant, sanitatem corporis et prudentia valent. Ejusmodi animus cito, quæ ingruunt, percipit, neque frequenter ad alia se transfert. Hujus igitur animi natura bona est, melior tamen efficitur, si recta victus ratione utatur; ut deterior, si prava. Huic vero victus ratio conducit, quæ ad aquam magis spectet, et neque in cibis, neque in potionibus, neque laboribus modum excedat. Cursibus flexis et circensibus, luctis, et reliquis exercitationibus utantur, dum in nullo modum superent. Si enim corpus bene valuerit, nullaque re alia perturbetur, hæc animi temperatio prudens est.

Quod si adhuc magis aquæ vis ab igne superetur, eo acutiorem quidem animum esse necesse est, quo citius movetur, et ad sensationes celerius incurrit, verum priore minus stabilem, quoniam, quæ adsunt, secedunt, et in pulmonem celeri impetu feruntur. Huic conducit, ut ea victus ratione utatur, quæ magis ad aquam spectat, quam prior, et maza potius, quam pane, piscibus, quam carnibus, potionem etiam dilutiorem, et venere rariorem, et laboribus, qui secundum naturam maxime obeuntur, et quam plurimis, iis vero, qui per vim suscipiuntur, non nisi coactus. Vomitionibus autem post ipsas repletiones paucis utatur, quo corpus quidem evacuetur, quam minime vero incalescat. His etiam ad prudentiam confert, ut minime carnosus evadant. Ad

ment s'entretient dans une grande légèreté, sans avoir besoin du feu. Chacun des deux reste dans sa température. Or, tout ce qui peut s'opérer sans le secours d'autrui se fait toujours mieux. Cette vérité générale s'applique également et au feu et à l'eau, qui doivent se maintenir chacun dans un mouvement continué par leur propre force, sans le devoir à une impulsion étrangère. Lorsque l'âme est ainsi constituée, l'intelligence et la mémoire sont très-grandes. Si l'un ou l'autre des deux composants reçoit de l'altération, de manière qu'il y survienne de l'augmentation ou de la diminution, l'âme tombe dans des égarements, parce qu'elle n'est plus aussi bien constituée que lorsque chacun pouvait se suffire.

37. (Continuation du même sujet.) Quand le mélange est formé du feu et de l'eau les plus purs, de sorte cependant que le feu se trouve en quantité un peu moindre que celle de l'eau, l'on est encore fort intelligent, mais moins que dans le premier cas, parce que le feu surmonté par l'eau perd de son mouvement. Il agit moins sur les organes des sens. Les âmes de cette espèce ont de la constance dans tout ce à quoi elles s'attachent. Si on use d'un régime convenable, l'on en deviendra plus intelligent : la pénétration se portera au-delà du degré que comporte cette constitution native. Il est avantageux, pour ceux qui sont dans ce cas, de suivre un genre de vie échauffant, de ne point se surcharger d'aliments ni de boissons, d'éviter toute espèce de plénitude, de faire des courses vives qui dissipent les humeurs du corps et qui arrêtent les progrès de l'humidité. On ne s'exercera point à la palestre, on ne fera point de frictions, ni autres choses du gymnase, qui sont propres à ouvrir les pores et à augmenter la plénitude. L'âme s'appesantit nécessairement dans ce genre d'exercice. On se promènera après le souper et le matin, et toutes les fois qu'on aura fait quelque course au gymnase; après le souper, afin que l'âme ne tire des aliments qu'une nourriture sèche; le matin, pour donner issue aux humeurs et empêcher que les pores ne restent bouchés à l'âme; au sortir des courses du gymnase, afin que ce qui se sépare du corps dans la course ne se mêle point avec l'âme, ne lui bouche point les passages et ne trouble point sa nourriture. Il sera bon d'user d'émétique pour purifier le corps, si le travail qu'on fait ne suffit point. Après le vomissement, on reviendra aux aliments avec modération peu à peu, employant à ce retour quatre jours au moins. Les onctions sont préférables aux bains. On verra sa femme dans le

optimum enim corporis habitum ardoris inflammationem accedere necesse est. Quod cum acciderit, ejusmodi animus aqua superata in furorem agitur et adducitur. His vero confert, ut negotia cibo sumto potius, quam jejuni obeant. Commodo enim alimento admixto stabilior longe animus evadit; quam alimenti indigens.

Quod si adhuc magis aqua ab igne superetur, ejusmodi animus valde acutus est, eosque somniis agitari necesse est. Hos autem subfuriosos vocant. Hoc enim insanie proximum est, cum vel a levi et contemnenda inflammatione insaniant, et in vini potionibus, et carnis bona habitudine, et a carnium esu. Sed et hunc ab his quidem omnibus abstinere oportet, et omni alia repletione, et exercitationibus, quæ per vim obeunt. In victus autem ratione maza non subacta utendum, et oleribus coctis, præterquam purgantibus, et pisciculis ex muria. Quin etiam aquam bibere optimum, si fieri possit; sin minus, quod ad hanc proxime accedit, vinum molle et album. Deambulationibus quoque matutinis multis utatur, a cœna vero exurgat, ut ne cibi quidem a deambulationibus post cœnam rescicentur, corpus autem a matutinis evacuetur. Aqua tepida autem circumaffusa potius perfundatur, quam ungetur. Confert etiam æstate interdum somno uti breviori, quam multo, uti ne corpus ab anni tempore rescicetur. Commodum etiam est vere, fotibus antea preparatos potionibus ex veratro purgare, deinde sensim ad victus rationem adducere, neque hunc jejunum negotia obire oportet. Et hæc sane cura ejusmodi animus prudentissimus evaserit. Prudentis igitur et imprudentis animi hæc contemperatio causa est, velut a me scriptum est, victus tamen ratione melior et deterior fieri potest. Ignis autem incursum superantibus forte aquæ aliquid addi non potest, ut neque, aqua in contemperazione superante, ignis augetur. Ex his vero prudentiores et imprudentiores animi efficiuntur.

CAPUT XIV. — Ortus et incrementi humani diversitates quantum ad animi appetentem facultatem enarrat.

At vero istorum nulla amplius contemperatio, cujusmodi est ad iracundiam præceptus, lentus; dolosus, simplex; infensus, benevolus. Horum omnium meatuum natura, per quos animus fertur,

temps humide plus souvent que dans le temps chaud.

38. (*Continuation du même sujet.*) Lorsque l'eau prédomine sur le feu, une âme de cette espèce est nécessairement lourde. On dit de ces personnes qu'elles sont stupides. Le cercle de leurs idées étant fort borné, les impressions faites sur leurs sens s'effacent dans moins de temps que chez les autres. Ces impressions sont vives, mais leur effet se dissipe promptement, à cause qu'elles n'entrent pas avant. *On sait que les perceptions de l'âme, au moyen de la vue et de l'ouïe, sont promptes. Celles au moyen du tact sont plus lentes et plus distinctes: ceux dont je parle sont susceptibles de ces dernières, comme de la perception du froid, de celle du chaud et des autres qualités tactiles. Mais ce qui se perçoit par la vue ou par l'ouïe, ils ne le sentent bien qu'après une longue habitude. Si l'âme chez eux n'est frappée par l'action accumulée du feu, ils ne savent ce que c'est. De là vient que ces âmes ne sentent point les impressions promptes, faites par la vue ou par l'ouïe: elles peuvent acquérir quelque amélioration au moyen du régime. On doit en pratiquer un à peu près pareil au précédent, mais user d'aliments plus secs et en moindre quantité. Ces personnes doivent être échauffées par beaucoup d'exercices forts, prendre des émétiques précédés de fumigations sèches, ne revenir de plusieurs jours après le vomissement à la quantité d'aliments ordinaires, à moins qu'elles n'en sentent un besoin urgent. On deviendra ainsi plus intelligent, et la santé s'en trouvera mieux.*

39. (*Continuation du même sujet.*) Lorsque le feu est dominé par beaucoup d'eau, c'est ce qu'on appelle des fous. D'autres les nomment des imbécilles. Leur folie est tranquille; ils pleurent sans qu'on les tourmente ou qu'on leur fasse du mal; ils s'effrayent sans cause; ils s'affligent sans raison; ils éprouvent des sensations que les gens sages ne ressentent point comme eux. Il faut les fumer et les purger avec l'ellébore à la suite des fumigations, leur prescrire le même régime que dans les cas précédents, leur faire respirer un air atténué et sec.

40. (*Continuation du même sujet.*) Lorsque dans le mélange le feu domine un peu l'eau, et qu'il est d'une excellente nature, on a le corps et l'âme dans un bon état. Une âme de cette nature reçoit fortement toutes les sensations, et ne change pas facilement d'objet: c'est le propre d'une âme bien constituée. Elle peut devenir meilleure ou moins bonne suivant le régime qu'on suivra: on doit

causa est. Cujusmodi enim sunt vasa, per quæ secedit, et ad quæ occurrit, et quibuscumque commiscetur, ejusmodi homines sentiunt. Ideoque ista victus ratione transvereri possunt, cum fieri non possit, ut naturam occultam ulla ratione transformes. Eadem vero ratione, et vocis, quæcumque tandem fuerit, spiritus meatus causa sunt. Per quos enim aer movetur, et ad quoscumque incurrit, talem esse vocem necesse est. Et hæc quidem deteriora et meliora effici possunt, quod leviores et asperiores spiritus meatus reddere liceat, illud vero victus ratione permutare non possis.

LIBER II.

ARGUMENTUM LIBRI.

Enarrationem principiorum et differentiarum humani corporis (quæ penitus physica est), sequitur diætæ tractatio, qua corpus humanum vel conservatur in eodem statu, vel secundum qualitatem et quantitatem mutatur. Agit itaque de ventorum et regionum singularum naturis, atque situ; de alimentorum facultatibus ac differentiis, ex animalibus et plantis petitis; de balneis, et externis rebus; atque de variis exercitiis.

CAPUT I. — De locorum situ ac temperie.

At vero singularum regionum situm et naturam sic dignoscas. In universum quidem res ita se habet. Quæ ad meridiem sita, ea, quæ ad septentriones spectat, calidior et sicior, quod ad solem magis accedit. In his autem regionibus homines, et quæ e terra producuntur, siciora, calidiora, et validiora esse necesse est, quam quæ in contrariis, velut Libya gens, si cum Pontica conferatur, et quæ utrisque vicina sunt. Per se autem si regiones spectes, ad hunc habent se modum. Alta loca et squalentia, quæque ad meridiem spectant, campestribus æqualiter sitis sunt siciora, quod pauciores humiditates continent. Illa siquidem aquam pluviam non retinent, hæc contra. Lacustria vero et palustria humectant et calefaciunt. Calefaciunt quidem, quoniam cava sunt, undique circumdata, et ventis mini-

en tenir un qui vise vers l'aqueux, éviter les excès dans le boire, dans le manger, dans les exercices. On fera les courses sur un terrain en pente; on parcourra le double stade; on s'exercera à la palestre et aux autres jeux du gymnase, sans faire d'excès en aucun: l'âme sera dans un état d'autant meilleur que la santé du corps ira mieux, et qu'il n'y surviendra point de trouble.

41. (*Continuation du même sujet.*) Si le feu prévaut considérablement sur l'eau, l'âme, dans ce cas, est nécessairement plus agissante, puisque les mouvements sont plus prompts, et les sensations plus vives; mais elle est moins prudente que celle des premiers; car les impressions se dissipent bientôt: elles se perdent dans le souffle. *C'est ce qu'on appelle les étourdis.* Ils doivent user d'un régime plus aqueux que celui des précédents, préférer le gâteau au pain, le poisson à la viande, tremper beaucoup le vin, user peu de femmes, faire beaucoup d'exercices, de ceux que le corps supporte facilement, s'abstenant de tous ceux qui sont violents, à moins qu'on n'y soit forcé; prendre peu d'émétique dans les cas de plénitude, de manière que le corps soit vidé, mais non échauffé. On fera même bien, pour acquérir la prudence, de renoncer à la viande. Il est difficile d'avoir un certain embonpoint, sans que la chaleur en soit fort augmentée. Si l'âme de ceux dont il est maintenant question est affectée de chaud, ils passent à la manie; ils deviennent furieux dans les tiraillements qu'ils éprouvent, l'eau étant dominée par le feu. Ces personnes doivent vaquer à leurs affaires après avoir mangé, plutôt qu'à jeun. L'âme est plus en paix quand on a pris une nourriture modérée, que si l'on est dans le besoin de manger.

42. (*Continuation du même sujet.*) Lorsque l'eau est encore plus dominée par le feu, l'âme est nécessairement ardente. Les personnes qui se trouvent dans ce cas sont dans un rêve continu. On les appelle des gens à tête fêlée. Ils sont tous près de la manie. Quelque peu de chaleur qui leur survienne, ils tombent en fureur pour des légers sujets, surtout après avoir bu du vin ou mangé trop de viande, principalement quand ils ont beaucoup d'emboupoint. Il faut donc qu'ils évitent cet état et généralement toute plénitude, aussi bien que les exercices du gymnase. Ils feront bien d'user de gâteau fait sans vin, de légumes bouillis en renonçant à ceux qui purgent, du poisson à l'eau-sel; de boire de l'eau autant qu'ils le pourront. S'ils ne le peuvent, ils ne boiront que du petit vin blanc, le choisissant qui

me perflata. Humectant vero, quod quæ e terra producantur, et quibus homines aluntur, humidiora sunt, et spiritus, quem attrahimus, propter aquam non motam crassior est. Cava vero et minime aquosa siccant et calefaciunt. Calefaciunt quidem, quod cava sunt et undique circumdata. Siccant vero, cum propter alimenti siccitatem, tum quod spiritus quem attrahimus; cum siccus existat, attracto ad sui nutritionem, e corpore, humido, non habet humorem, quo suo occursum nutriatur. At quibus in locis montes ad austrum vergunt, in his austri squalidi et morbosi spirant. Quibus vero ad aquilones perturbationes et morbos pariunt. Ubi autem ab aquilone cava loca urbibus adherent, ab æstivis ventis calidus et morbosus hic locus est, quoniam neque spirans boreas purum spiritum invehit, neque ab æstivis ventis perfrigeratur. Quæ autem insulæ continenti sunt vicinæ, eæ rigidiores habent hyemes; marinæ vero, tepidiores, propterea, quod nives et glacies in continenti perdurant, et ventos frigidus ad vicinas insulas mittunt. In his vero, quæ in alto sitæ sunt, per hyemem non perdurant.

CAPUT II. — De aere, et de ventorum natura et facultatibus diversis.

At vero ventorum, quam quisque naturam aut facultatem habeat, ad hunc modum dignoscas. Omnes quidem venti, tum animalium corpora, tum ea, quæ e terra producantur, suapte natura ideo humectant et refrigerant, quod ventos omnes a nive, a glacie, a vehementi gelu, a fluminibus et stagnis, et terra humecta et perfrigerata spirare necesse est, et validiores quidem ventos a majoribus et validioribus, debiliores vero a minoribus et debilioribus. Non secus enim ac in omnibus animantibus spiritus inest, ita in cæteris omnibus, quibusdam minor, quibusdam vero major, pro eorum magnitudine, adest. Venti igitur omnes natura quidem refrigerant et humectant. Verum ex regionum et locorum situ, per quæ ad regiones quasque obveniunt, inter se differunt, et frigidiores, calidiores, humidiores, sicciores, morbosiores et salubrioribus existunt.

Quorum singularum causa ad hunc modum cognoscenda est. Boreas quidem frigidus et humidus spirat, quia ab ejusmodi locis fertur, et ad loca permeat, ad quæ sol non pervadit, neque aere ex-

approche beaucoup de l'eau. Ils se promèneront longuement le matin; après le souper ils se tiendront debout sans s'agiter, afin de ne pas dessécher la nourriture par des promenades de l'après-souper, et de purifier le corps par celles du matin; les bains d'eau tiède sont préférables aux onctions. Ils feront bien aussi pendant l'été de dormir un peu dans le jour, afin d'empêcher le corps de se dessécher durant cette saison. Il convient de les purger au printemps avec l'ellébore, après leur avoir fait prendre des fumigations humides. On les remettra ensuite à leur régime ordinaire, en recommandant qu'ils s'abstiennent de s'occuper à jeun. On peut espérer de faire venir la sagesse chez eux, au moyen de cette conduite.

43. (*Conclusion au sujet des diverses constitutions des âmes.*) Il résulte de tout ce qui précède, que l'intelligence de l'âme et ses égarements tiennent à la différence des mélanges, dans la composition de l'homme; que l'âme est dans un bon ou mauvais état, suivant le régime qu'on tient. Mais, lorsque le feu domine à un tel point qu'il ne peut être surmonté par l'eau, ou que l'eau est en un excès de supériorité tel, que le feu ne peut dominer: on ne saurait alors espérer de tempérer l'un par l'autre. Or, ces deux principes sont ceux d'où dépendent la raison et la folie. On voit des exemples de ces mauvais mélanges dans des gens très-violents, dans d'autres qui sont fourbes, d'autres simples, certains qui sont toujours en colère. Il y en a à qui on persuade tout. La cause de ces divers égarements est la facilité trop grande que l'âme trouve alors dans toutes ses voies par une disposition naturelle. Sur quelques vaisseaux qu'elle se porte, ou qu'elle aille, elle s'y mêle, et en reçoit des affections. Il n'est donc pas possible de la redresser au moyen du régime. Comment corrigerait-on dans sa nature ce qu'on ne connaît point suffisamment? Il n'en est pas de ceci comme des divers sons de la voix, qui se forme par le passage du souffle, et qui se modifie suivant l'état des voies où l'air passe, desquelles il résulte nécessairement tels ou tels sons. On peut les rendre meilleurs ou plus mauvais, parce qu'on peut rendre les passages de l'air plus libres, plus unis, plus courts. Mais, pour ce qui concerne une très-mauvaise constitution naturelle de l'âme, on ne la changera pas au moyen du régime.

siccato humorem ebibit. Ideoque ad terram habitata sua facultate pollens pervenit, ubi ex regionis situ non corrumpitur, et hic proximis quidem incolis frigidissimus est, remotissimis vero minime.

At auster a locis natura aquiloni similibus spirat. Cum enim ab australi axe spiret, et a nive multa, glacieque et gelu valido prodeat, his quidem, qui illic prope habitant, talis spiret, qualis nobis boreas necesse est. Neque tamen ad totam regionem adhuc similis accedit. Nam quum per solis accessus in meridiem spirat, exhausta a sole ejus humiditate, resiccatus rarescit, ideoque calidum et siccum ad nos pervenire necesse est. Proindeque vicinis regionibus eandem vim calidam et siccam ex necessitate impertit. Quod et in Libya facit, cum, quæ et terra nascuntur, exarescant, et homines latentur exsiccet. Nam cum neque e mari, neque e fluvio humorem accipere queat, ex animantibus et plantis humidum exsugit. At ubi mare transierit, cum calidus et rarus existat, multa humiditate regionem, ad quam occurrit, implet, atque adeo austrum calidum et humidum esse necesse est, nisi regionum situs in causa extiterit. Ad eundem vero modum reliquorum etiam ventorum facultates se habent.

ordinaire. ni plus ni moins, ce sont autant de signes d'état naturel et de santé. Si l'on se voit vêtu de blanc, magnifiquement paré, le signe est bon. Quand on se voit avec des membres trop grands ou trop petits, le signe est mauvais. On doit alors avoir recours à la gymnastique, pour augmenter ou diminuer l'abord des sucs nourriciers dans ces parties. La vue des objets noirs est en général un mauvais signe, qui annonce quelque danger: il y faut des humectants, des émollients. Toutes visions étranges dénotent quelque changement dans le corps: celles des morts qui se présentent en songe sans avoir rien de hideux, qui nous apportent quelque présent agréable, sont signe d'un bon état du corps et de la salubrité des aliments; car nous devons aux mânes des morts la nourriture, l'accroissement et les germes. Or, lorsqu'ils nous les donnent de bonne nature, nous jouissons de la santé. Quand au contraire on fait des songes opposés, qu'on voit des morts nus, noirs, souillés d'ordures, qui viennent dépouiller, dévaster la maison, ce signe dénote un mauvais état du corps; il menace de maladie; il fait connaître que les aliments ne profitent point. Il faut purger le corps au moyen des courses et des promenades, prendre un émétique, et se nourrir avec des choses douces, légères. Lorsqu'on voit des monstres bizarres, des choses effrayantes, c'est un signe de plénitude d'aliments, et de quelque vice dans les sécrétions. On est menacé d'une maladie produite par la bile. On doit prendre un émétique, ne se nourrir pendant cinq jours que d'aliments très-légers, d'abord en petite quantité, les augmentant ensuite peu à peu, évitant tout ce qui dessèche ou qui échauffe, s'en tenir aux exercices qui conviennent le plus au tempérament, à la réserve des promenades de l'après-souper, qu'on ne fera point. On usera de bains, des lotions avec l'eau chaude. L'on se tiendra enfin fort en repos, évitant et le soleil et le froid.

15. (Des songes où l'on croit manger ou boire.) Lorsque dans les songes on croit manger ou boire des choses ordinaires, c'est un signe de besoin de nourriture, et d'un affaiblissement de l'âme. Si dans les songes on se voit les chairs extrêmement grosses, cela dénote une surabondance de nourriture, qui est moins forte quand les chairs paraissent moins excessives: car on voit en songe, suivant qu'on a besoin ou non de nourriture. Il faut dans le dernier cas retrancher des aliments; il est un signe de nutrition trop

cat, cum a mortuis alimenta, et incrementa, et semina proveniant. Quæ, si pura in corpus ingrediuntur, sanitatem denuntiant. Quod si contra quis nudos, aut atratos, aut sordidatos, aut aliquid accipientes, vel ædibus exportantes videat, minime est accommodatum. Morbum enim indicat, quod quæ in corpus ingerantur noxia sint. Verum cursibus circularibus et deambulationibus repurgari oportet, et vomitu facto alimentum molle et lene sensim adhibere

Quæ vero corpora in somnis formam monstrosam ostendunt, et hominem perterritant, ciborum minime assuetorum repletionem, et secretionem, biliosorumque per vomitum et secessum effusionem, ac periculosum morbum indicant. Verum vomitus procurandus, et ad dies quinque cibi, quam levissimi, non multi, neque acres, neque sicci, neque calidi sensim adhibendi, et laboribus, maxime ad naturam accommodatis, utendum, præterquam deambulationibus a cœna. Balneis etiam et calidis lavacris utendum, et in otio degendum, sol et frigus vitanda.

CAPUT VIII. — Quæ ab assuetorum esu, potu, visu, quæ a pugna, fluminum trajectionibus, hostibus et monstris, somniorum interpretationes desumantur.

Per somnum vero si quis solitos cibos aut potus sibi edere videatur, alimenti inopiam, animique abjectionem hoc indicat. Carnes autem validissimæ, maximæ exsuperantiæ indices sunt, debilissimæ vero, minoris. Quemadmodum enim id, quod editur, bonum est, ita et quod cernitur. Cibos igitur subtrahere convenit, cum alimenti exundantis id sit indicium. Quin etiam panes ex caseo et melle confecti, per somnum comesti, eadem indicant. Aquam puram per somnum bibere, bono est indicio, reliqua vero omnia nocent. Quæcunque ex consuetis per quietem quis sibi cernere videtur, ea animi desiderium significant. Quæ vero perterritus fugit, sanguinis repressionem præ siccitate indicant. Corpus autem refrigerare et humectare conducit.

Quod si quis, aut pugnare, aut pungi, aut ab aliis vinciri sibi videtur, secre-

grande. Il en est de même (1), lorsqu'on songe qu'on mange des pains préparés avec du lait et du fromage. Quant à la boisson, si l'on croit boire de l'eau pure, le signe est bon. Les autres boissons sont de mauvaise signification. Toutes les fois que dans un sommeil tranquille on croit voir des choses ordinaires, c'est une marque que l'âme les désire.

16. (*Des songes où l'on rêve des masses, des combats, des escalades.*) Quand on voit des choses horribles qui jettent dans l'effroi, c'est un signe de quelques embarras dans le cours du sang qui se dessèche. Il faut humecter et rafraîchir le corps. Lorsqu'on songe des combats, des blessures, qu'on se croit garrotté, il se passe, dans les sécrétions et dans le cours des humeurs, quelque mouvement en sens contraire. Il faut donc vomir, atténuer le corps, faire beaucoup de promenades, user d'aliments légers, et revenir peu à peu dans l'espace de cinq jours au régime ordinaire. Quand on se croit égaré, perdu, qu'on s'imagine escalader, ce sont tout autant de signes de mauvais état. Traverser les fleuves, se battre avec des ennemis, voir des gens armés, se trouver en présence d'objets hideux, épouvantables, sont des avant-coureurs de la manie. Il faut dans tous ces cas user d'aliments légers en petite quantité, vomir, revenir insensiblement au régime ordinaire dans l'espace de cinq jours après avoir vomi, faire beaucoup de travail suivant que le tempérament le comporte, excepté l'après-souper; ne pas prendre de lotions d'eau chaude, fuir le soleil, le froid, l'oisiveté.

(*Conclusion.*) Quiconque pratiquera ce que j'ai écrit sur cette matière jouira d'une bonne santé. Je crois avoir trouvé avec l'aide des dieux les règles du régime aussi bonnes qu'il est possible à un homme de les donner (2).

(1) Le sens en cet endroit n'est pas moins embarrassant dans le texte, qu'il pourra le paraître dans la traduction. Je croirais qu'il s'agit maintenant du cas où, loin que les songes avertissent d'augmenter la nourriture, ils désignent qu'il faut la diminuer. Du reste, tout ceci paraîtra sans doute bien peu important.

(2) Les dernières paroles de ce Traité, conférées avec ce qui est dit en différents endroits du Traité du régime, et notamment livre III, numéro 8, semblent prouver manifestement à mon avis que celui-ci est une continuation et la fin de celui qui précède. — Du reste, quel-

tionem ambitui contrariam in corpore factam significat. Vomere igitur confert et attenuare, ac deambulare, cibusque levibus uti, et a vomitu per dies quinque eos sensim adhibere.

Quin et errores, et ascensus in somnis apparentes, gravia quædam denuntiant. Fluviorum transitus, hostes armati, monstra difformia, morbum aut furorem præsciunt. His igitur conducit, qui talibus insomniis detinentur, ut cibus paucis, levibus ac mollibus utantur, et vomitibus factis, ad dies quinque leniter cibos adhibeant. Laboribus quoque multis naturæ accommodatis utendum, præterquam a cœna. Balnea calida, otium, frigus et sol vitanda.

Qui his, velut conscripta sunt, utetur, integram valetudinem sibi tota vita comparabit. Atque hæc victus ratio, quantum humano ingenio consequi licuit, diis bene juvantibus, a me est inventa.

qu'extraordinaire que puisse nous paraître aujourd'hui cette doctrine des songes, je ne saurais me persuader que l'auteur, qui ne paraît nullement visionnaire, l'eût débitée, s'il ne l'eût trouvée fondée sur des faits, peut-être mal éclaircis et trop généralisés. Je ne vois point même de preuves assez démonstratives de la fausseté des préceptes qui y sont donnés, pour qu'on doive absolument les rejeter. La patience et le temps nécessaires avant de pouvoir déterminer, d'une manière sage et décisive, à quoi s'en tenir là-dessus, seront vraisemblablement cause qu'on ne le saura jamais, parce qu'on croira devoir employer mieux son temps à d'autres choses. Pour ce qui est des prières à Jupiter, à Mercure, etc., elles ne prouvent point que l'auteur fût superstitieux. Il est, ce me semble, assez clair qu'il n'en parle que par ménagement pour le peuple ou pour les prêtres du paganisme, et que le n° 12 est de surrogation.



HIPPOCRATIS DE LIQUIDORUM
USU LIBER.

TRAITÉ

DE L'USAGE DES LIQUIDES.

PRÆFATIO.

Hic libellus, valde mutilus, in quibusdam exemplaribus MSS. vaticanis omnino desideratur. Quamvis Galenus et Erotianus dictiones quasdam et testimonia ex eo depromant, nusquam tamen illius nomen aut inscriptionem expresse-
runt. Ex multis membranis consarcinatus esse videtur (1), siquidem aphorismos sectionis V. Hippocratis continet, a 16 ad 26, quibusdam adjectis de vino et aceto. Præter Nardium (2), qui ejus genuitatem defendit, cum veteres ejus passim meminerint, nullus illum Hippocrati ipsi adscribit.

ARGUMENTUM LIBRI.

Aquarum calidarum frigidarumque, nec non magis aquæ, vini, acetique effectus et facultates, et quæ partes, et qui effectus calidis magis, quam frigidis delectentur, afficianturque.

CAPUT I. — Aquæ potulentæ calidæ et frigidæ facultas, et usus.

Aqua ad potum accommodata, salsa, mare. Potui quidem apta, ad officinam medicam optima. Ad ferramenta enim, et æramenta optima, et ad plurima inventerata medicamenta convenientissima. At corpori admota, aut humectat, aut refrigerat, aut calefacit. Potu vero ad nullum alium usum utilis est aut noxia. Si potabilis modica cum spongia utaris, ad oculos est optima.

(1) Mon. Foesio in not. ad hunc libr. in edit. oper. Hipp. (2) In noct. gen. 1.

On croirait, d'après le titre de ce Traité, le dernier de la IV^e section, suivant la division de Foës, qu'il s'y agira de l'usage de tous les liquides en général: il y sera néanmoins principalement question de celui de l'eau, qui est le liquide par éminence.

1. (Utilités de l'eau et ses divers effets.)

L'eau pure fournit une boisson très-saine, mais l'eau de la mer n'est point de cette nature; elle est salée. L'eau potable est d'un grand usage en médecine. Les ouvriers en fer et en cuivre y trouvent aussi une vertu qui donne plus de force à leur matière. Elle entre dans la composition des remèdes les plus anciens. L'applique-t-on à la peau, quelquefois elle l'humecte et la rafraîchit, elle l'échauffe quand elle est chaude. Comme boisson, elle ne fait ni bien ni mal; si on l'emploie au moyen d'une petite éponge contre les ophthalmies, elle est d'un grand secours. L'effusion de l'eau chaude sur la peau l'excorie quelquefois, quand elle est trop chaude, ou trop froide, ou poussée trop fortement; on l'emploie en bains de vapeurs, pour tout le corps ou pour certaines parties. Elle ramollit la peau dure; elle relâche ce qui est trop tendu, soit nerfs, soit muscles. Elle dissipe les ecchymoses. Elle donne issue à la matière de la sueur. L'eau est bonne, employée en lotion dans les maux du nez, dans ceux de la vessie quand on a des vents. Elle fait repousser les chairs; elle les rend molles. Elle sert aussi à les fondre, à les diminuer. Elle fait revenir la bonne couleur; d'autres fois elle la fait perdre. Elle procure le sommeil, en calmant les douleurs à la tête et ailleurs; elle relâche dans les spasmes et dans le tétanos. Elle apaise les maux d'oreilles, ceux des yeux et beaucoup d'autres pareils. Quand elle est chaude, elle peut faire sur les plaies l'effet de la poix, pourvu qu'il n'y ait pas d'hémorrhagie, ou qu'on n'en soit point menacé. On l'emploie dans le cas de fracture, de luxation, et dans tous ceux où l'on applique des bandages. Elle est bonne, quand on sent des pesanteurs de tête. Il faut dans tous les cas en user avec modération, surtout quand on l'applique fort chaude à la peau; on doit être at-

Calidæ adspersione ipsa summa cuti-
cula exulceratur. Fetus corporis totius,
aut partis. Cutis duræ emollitio, intensæ
relaxatio, nervorum, carniû, succorum
effusio, sudoris discessus; prolutione
humectare, velut nares, vesicam, flatus,
carne implere, tenerum reddere, lique-
facere, imminuere, colorem revocare,
colorem dissipare. Somnum conciliat ca-
piti affusa, et aliis partibus. Convulsio-
nes, distentiones lenit, auris, oculorum
dolores obtundit, et quæ sunt ejusce-
modi.

Frigida calefacere, velut pix, ulceri-
bus, præterquam ex quibus sanguis ef-
fluit, aut effluxurus videtur, fractis,
luxatis, reliquis, quibus per lintea medi-
cus medetur, capitis gravitati. In uno-
quoque, quod moderatum, ne ultra,
exploremus, velut calidum corpori adhi-
bitum, excessu in utramque partem vi-
tato, ut utraque ex parte minime aberret,
qui conjecturam ex eo, quod nocet, aut
non juvat, sumserit, velut in tepida. Iis
enim, quæ lædunt, aut juvant, et si sunt
ejusmodi, eo usque uti convenit, quoad
juvare vel lædere videantur. Madefactio
igitur debile quid est, refrigeratio vero
et calefactio validum quid, velut ex sole.

At quæ calida est, frigida videtur, ve-
lut potabilis aqua ægrotanti. Verum ca-
lida ne ulterius procedat, ut urat. De his
autem ipsi ægroto iudicium permittend-
um, præterquam in voce defectis, aut
leviter sideratis, aut stupore affectis, aut
velut in vulneribus perfrigeratis, aut
vehementi dolore conflictatis. Iis vero
hæc non sentiuntur. Neque enim, si adu-
ras, sentiunt, ut nec profundas ac magnas
luxationes. Jam vero etiam quibusdam
pedes perfrigerati deciderunt ex calidæ
affusione. Verum in his ejus, qui affun-
dit, cutis iudex esto, ac similiter in fri-
gida. Harum utraque modice adhibita,
debilis, copiose vero, blanda est. Verum
sinere oportet, donec id contingat, cujus
gratia fiunt, prius tamen desinendum,
quam extremum succedat.

CAPUT II. — De aquæ calidæ et frigidæ
usu; ac quas utraque juvet, lædatque
partes; et quos affectus inferat, cu-
retve.

Harum autem utraque noxam adfert.
Et calidæ copiosior usus hæc parit incom-
moda; carniû effeminationem, nervo-

tentif à se préserver de ses mauvais ef-
fets. On les reconnaît au mal qui peut en
résulter, comme aussi quand elle n'est
que tiède. On se détermine par le bien
ou le mal que le malade ressent; c'est
une loi générale (1). L'humectation ne
fait point d'impressions vives; le froid
et le chaud en font de très-vives. L'eau
ne se fait pas moins sentir que le soleil.
L'eau chaude paraît quelquefois fraîche
aux malades qui la boivent. Sa chaleur
ne doit jamais être brûlante; on en lais-
sera juger le malade, à moins qu'il n'ait
perdu la parole, qu'il ne soit dans un
état paralytique, comateux, ou dans le
cas de membres glacés, ou de douleur
excessive; on est alors insensible, on se-
rait brûlé sans s'en apercevoir. Il en est
de même dans les grandes luxations et
profondes. On a vu des pieds glacés se
séparer en les trempant dans l'eau chaude.
Dans ces cas, c'est à celui qui verse l'eau
à juger si elle est trop chaude; il le
peut par la couleur de la peau pareille-
ment; s'il s'agit de l'application de l'eau
froide, versée en petite quantité, elle ne
produit qu'un effet médiocre: c'est la
grande quantité qui le produit fort. On
doit aller lentement, jusqu'à ce qu'on
ait obtenu celui qu'on désire, s'arrêter
même auparavant.

2. (*Mauvais effets de l'eau chaude et de
la froide. Quelles parties du corps s'accom-
modent le mieux de l'une ou de l'autre.*)
L'eau chaude et la froide ont leurs mau-
vais effets. Voici ceux de la chaude,
quand on en abuse. Ramollissement des
chairs, faiblesse des nerfs, pesanteur
dans l'esprit, hémorrhagies, défaillances;
la mort peut s'en suivre. La froide donne
des spasmes, des tétanos, la gangrène,
des frissons de fièvre. Il y faut un milieu,
sinon elle nuit. Quand elle doit opérer les
biens dont j'ai parlé, on le connaît au
plaisir qu'elle fait, à la facilité avec la-
quelle on en supporte l'usage. Les dou-
leurs, les malaises, font connaître le mal
qu'on doit en attendre.

3. Les parties du corps habituellement
couvertes ne veulent qu'une chaleur ap-
prochant de la leur; elles souffrent de
tout ce qui y apporte un froid étranger.
Aussi aiment-elles le chaud, et elles s'en
accommodent. Le cerveau et ses produc-
tions, quoiqu'il soit froid de sa nature et
dense, aiment le chaud, souffrent du
froid. A plus forte raison s'il était chaud
de sa nature, comme d'autres parties. Le
froid est l'ennemi des os, des dents, des
nerfs. Le chaud est leur ami. Les con-
vulsions que le froid produit, les tétanos,

(1) *A juvantibus et lædentibus, etc.*

rum impotentiam, mentis torporem, sanguinis profusiones, animi deliquia, ex quibus mors contingit. Frigida vero convulsiones, distensiones, nigrores, rigores febriles affert. Ac moderatus quidem horum usus juvat. Reliqua autem prædicta omnia lædere, vel prodesse, conspiciuntur, ex voluptate et tolerandi facilitate, ex dolore etiam et ferendi molestia, quæ singula pro cuiusque confessione ad salubritatem consentire videntur.

Corpus quidem tegi solitum, quidquid minime est assuetum, et longissime a familiari calore abest, alieno vero frigori est proximum, aversatur, ideoque calida delectatur et ferre potest. Cerebrum quæque ex eo oriuntur, frigida quidem offenduntur, calida vero delectantur, etiamsi natura sit frigidius et solidius. Eam ob causam ossibus, dentibus, nervis, frigida adversa est; calida vero grata, quoniam convulsiones, distensiones, rigores febriles, quos frigida creat, calida sedat. Propterea etiam calida voluptates et illecebras facit; frigida vero dolores et aversationes. Ob id lumbi, pectus, dorsum, præcordia, magis offenduntur frigida; calida vero gaudent, eamque perferunt. Eam sane ob causam lumbi, dorsum, pectus, præcordia, contraria perpetiuntur, quod sunt contraria. Idcirco sane anxietatem, hac in parte a calida abortam, frigida sedat. Ideoque etiam frigida potu gaudet, et cibariis calidis delectatur. Ideoque sane in animi defectionibus frigida, summis partibus affusa, prodest.

Quæ autem dicta sunt, in causa sunt, cur partes posteriores calidam magis ferunt, quam anteriores, quodque etiam frigida recte ferunt. Extremæ etiam partes anteriores sunt, et frigori externo assuetæ, neque tegi solitæ, ut internæ. Sciendum autem, quod utrumque in utraque corporis parte cutem externam superat, quæ, cum sibi ipsi et nervo sanguineo sit continua, eo, quod extra proprium calorem in frigore externo versatur, ab utrisque frequenter superatur, et utrorumque frequenter indiget, frequentius tamen calido ad voluptatem. Tale quiddam etiam partibus extremis contingit, ideoque cito multa sentiunt, tarde autem primum atolluntur.

Ex venis etiam alias prius, alias posterius affici constat. Sic conspiciuntur omnia, ubi tum refrigerantur extremæ

les frissons de la fièvre sont soulagés par le chaud. C'est pourquoi le chaud est alors agréable, en ce qu'il dissipe les douleurs qui proviennent du froid. Par la même raison, les lombes, le dos, la poitrine, les hypochondres, sont mal affectés du froid. Ces parties aiment le chaud. Elles en supportent l'application. Elles n'aiment point leur contraire. Cette raison fait encore que dans les anxiétés, les malaises, qui viennent du chaud, on est soulagé par le froid, on aime à boire de l'eau fraîche, à manger des aliments frais. L'impression vive produite par le froid de l'eau jetée sur les extrémités, dans les défaillances, rappelle la connaissance.

4. Les raisons déjà données expliquent pourquoi le derrière du corps supporte plus le chaud, tandis que les parties antérieures supportent mieux le froid; on peut mettre à cet égard les extrémités parmi les parties antérieures, en ce que communément elles ne sont point couvertes comme le derrière du corps et les parties antérieures.

5. Il faut savoir que toutes les parties du corps sont, à raison de leur propre chaleur, plus sensibles que la peau, avec laquelle elles communiquent par le péricule charnu, composé de sang et de nerfs; que le froid est en dehors, et qu'elles ont besoin alternativement de froid et de chaud, mais plus souvent du chaud, dont elles sont amies. Elles reçoivent le froid par la peau, qui le communique à plusieurs parties promptement, quoiqu'elle n'en soit elle-même fort affectée que lentement, y étant habituée. On peut juger, par les phénomènes qui se montrent aux veines, quelles parties doivent se ressentir plus promptement, soit du froid, soit du chaud; quelles doivent s'en ressentir plus lentement. Cela devient manifeste dans les lipothymies, dans les défaillances occasionnées par la vacuité des vaisseaux. Ce n'est pas sans raison que ces phénomènes correspondent à l'état des veines distribuées dans les parties, ainsi que tout ce qui y a du rapport.

6. Les plaies aiment le chaud, parce que toute partie interne est habituellement à couvert du froid. De là vient qu'elles en sont incommodées, quand il s'y fait sentir. Par la même raison, les veines, la poitrine, le ventre, sont affectés du froid, parce qu'ils sont dans un lieu chaud. Les viscères même peuvent en être affectés, au point que la mort s'en suive: mais il ne produit point ordinairement cet effet; car il y est souvent nécessaire. Voilà pourquoi on a quelquefois tant de plaisir à boire de

partes, tum calefiunt, in vasorum evacuationibus, in animi defectionibus. Neque citra rationem sane venas sequuntur, quæ ex illis dependent, eaque primum calida calefacit, velut internas manus. At vero ulcera calida delectari, quod tegi sunt solita, omnium opinione constat. Neque sane injuria ab altera molestia afficiuntur. Jure sane ipsæ etiam venæ, quod sint in calido. Jure sane ipse etiam thorax, ipseque ventriculus a frigida superatus vehementer ægre fert, et lethaliter afficitur, ob maximam insolentiam. Verum plurimum abest ab eo, ut patiat, cum ipsa indigentia huic sit maxime propinqua. Jure itaque frigidæ potu gaudet. Sicque omnia ista inter se consentiunt. Jam vero valde consentaneum est, ut omnia in superficie desquamata, et ambusta, non admodum tegi solita, frigidam ægerrime ferant, cum citissime superentur. Quæque valde in profundo sunt posita, si superentur, maxima utique molestia afficiuntur, idque sane, si natura nervosa consent. Quod autem imus venter calida delectari videatur, considerandus locus est.

Quin etiam partes extremæ, et vesicæ, et uterus, et aliæ partes genitales denudatæ, suapte natura frigidiores sunt, quam quis existimet. Sursum enim, si non deorsum caliditas prorumpit. Idcirco calida delectatur, qui post calidæ usum corpus perfrigeratum magis frigescit, et post frigidæ usum contractum magis recalescit. Velut aquam, quum refrigerare volumus, calefacere oportet, ut ei tenuitatem conciliemus, cum post calidi usum magis indurescat ac resiccat, non aliter, quam oculi post frigidæ usum. Illud enim aeri ambienti est simile, hoc vero minime.

CAPUT III. — De aquæ marinæ, vini, et acetii facultatibus; et quibus partibus et morbis curandis prosint, obsintque.

Aqua marina his, qui pruritus sentiunt, et ab acris humoribus mordentur, tum lotione, tum fotu calida prodest; his quidem, qui minime assueti sunt, molestiam quandam exhibet. Ulceribus autem ex ambustione et abrasione, et reliquis hujusmodi adversatur. Puris vero est accommodata, et valet ad probe exte-

l'eau fraîche. Il faut en tout un certain accord. Que les déchirures de la peau, les brûlures, soient si sensibles au froid, cela n'a rien d'étonnant. Des parties habituellement recouvertes se trouvent alors à nu. Elles en sont affectées tout de suite. S'il pénétrait dans des endroits plus profonds, le mal serait encore plus grand, parce que les parties intérieures participent de la nature des nerfs. Que l'hypogastre aime le chaud, cela doit être. C'est un endroit abrité, outre qu'il est réchauffé par l'omentum. Les extrémités, la vessie, la semence, et les parties de la génération, qui se trouvent vers la superficie, sont d'une nature plus froide qu'on ne le pense; car la chaleur monte plus qu'elle ne descend. Le plaisir que l'on a provient souvent de ce que le froid succède au chaud, après que le chaud a été appliqué au corps ou à une partie qui était trop refroidie, ou de ce que les parties, après avoir été resserrées par le froid, se réchauffent. C'est par la raison des contraires, que l'eau se rafraîchit mieux quand on a commencé de la priver des parties les plus légères en la chauffant. Tout ce qui prend de la chaleur devient plus rude en se desséchant. On sent les paupières rudes contre les yeux dans les ophthalmies, lorsqu'elles sont causées par le froid. Il s'élève de l'eau chaude une vapeur qui se répand dans l'air; elle ne s'élève point de même de l'eau froide (1).

7. (*Des usages de l'eau de la mer.*) L'eau de la mer est bonne prise en bain, dans les cas de démangeaison et d'ardeurs à la peau. Elle est bonne aussi en fumigations; mais ceux qui n'y sont pas habitués en éprouvent quelque incommodité. Elle est contraire, quand il y a des excoriations, des brûlures, des érosions, ou autres espèces de solutions de continuité. Son utilité est pour les cas où il n'y a point de plaie. L'eau de la mer est bonne cependant contre les vieux ulcères des pêcheurs, qui ne suppurent point, si on ne les reverdit. On s'en sert aussi quand on applique des bandages. Elle arrête les ulcères rongéants, de même que le sel, la saumure, le nitre. Ces stimulants sont d'un bon usage, pourvu qu'on en use en quantité suffisante. Sinon, ils ne font qu'irriter. Le mieux est, en général, de les employer chauds.

(1) Toute la fin de ce numéro paraît avoir été fort altérée. Je ne garantis point la légitimité du sens que je lui ai donné. Je n'en ai pas su tirer de plus raisonnable: les interprètes y ont été fort embarrassés.

nuandum, et ad piscatorum ulcera, ut quæ neque supparent, nisi attigeris, et ad prima fracturarum subligamina. Quin etiam depascentia ulcera sedat ac sistit, non secus ac sal, salsugo, et nitrum. Hæc autem omnia, parciori quidem usu adhibita, irritant; liberaliore vero, prosunt. Præstat autem ad plurima calida.

Acetum, cuti et articulis admotum, eandem habet cum aqua marina facultatem, potentior tamen perfusione et fofu obtinet. Valet etiam ad ulcera recens vulneratis, et ad sanguinis grumos, ubi nigredines sunt in pudendis, et aurium ac dentium ardor adest. Calidum autem hæc et alia præstat. Sed et ex anni tempore conjectura faciendâ est. Ex eliquatione salis, etiam ad alia quæcunque impetiginibus, lepris, et vitiliginibus conducunt, et in solo calido inspissatum, præcipue vero unguibus scabris confert, quos temporis progressu superat, verrucas formicarias attenuat, aurium sordibus medetur, cutem etiam emollit. Multis quoque aliis valeret, nisi odore, præcipueque mulieribus noceret. Valeret etiam ad pedum dolorem, nisi cutem vulneraret. Eadem acetî fæx præstat.

Vinum dulce diuturnis vulneribus assiduo usu idoneum, quin etiam ad medicamentorum purgantium potiones est accommodatum. At austerum vinum, tum album, tum nigrum, frigidum ad ulcera adhibetur, frigidum propter caliditatem. Lanæ, quæ refrigerationis quidem gratia, aut perfunduntur, aut induntur, aut imbuuntur, velut aqua frigidissima adhibendæ. Quæ vero adstrictionis gratia, ea vino nigro cum lana irrigatio, velut etiam betarum folia, aut linteola, in plurimis, quæ adstrictione valent, intincta adhibentur, qualia sunt hederæ albæ folia, aut si, quæ sunt magis acerba ac friabilia, velut hederæ et rubus, rhus coriarius, salvia. Atea etiam, quæ emolliatione indigent, quale quid farina cocta facit.

CAPUT IV. — De diversis aquæ calidæ et frigidæ facultatibus et effectibus; quas utraque lædat, juvetque partes, et quos morbos inferat, curetque.

Frigida pustulis rubicundis prodest, quales latiusculæ alia atque alia partem prout, velut in iis, qui lienes habent

8. (*Du vinaigre.*) Le vinaigre a les mêmes vertus pour la peau que l'eau de mer; il est même préférable, soit en lotions, soit en fumigations. On l'emploie pour des plaies fraîches, contre les congestions de sang, quand il y a des taches noires aux parties naturelles, dans les vives douleurs des oreilles, des dents. On l'emploie chaud, dans ces occasions, et assez généralement, surtout si la saison le demande.

9. (*La dissolution de sel marin.*) La dissolution de sel marin, épaissie au soleil, sert utilement contre la lèpre, les gales, les dartres, surtout contre le racornissement des ongles; la dissolution de sel en vient à bout avec le temps. Elle ramollit aussi les verrues. Elle fait tomber les ordures des oreilles; elle enlève les taches de la peau, et l'on pourrait s'en servir à bien d'autres usages, si l'odeur n'en était désagréable, surtout pour les femmes (1). Elle est bonne contre les douleurs de la goutte, pourvu que la peau ne soit pas entamée. La lie du vinaigre produit aussi le même effet.

10. (*Des vins.*) Le vin doux continué avec constance, suffit pour guérir des vieux ulcères; on s'en sert aussi dans beaucoup de remèdes à prendre intérieurement: le vin âpre, soit blanc, soit rouge, s'emploie froid sur les plaies à cause de sa chaleur naturelle, quand on veut y porter du froid. On imbibé quelquefois des laines d'eau fraîche pour la verser par-dessus, en les exprimant après qu'elles en sont bien abreuvées. On les introduit même dans les sinus des plaies. Dans ce cas, le vin noir et la laine qu'on y trempe, ou les feuilles de bette, ou les linges humectent beaucoup (2). S'il faut resserrer, on peut employer le vin blanc avec les feuilles de lierre, et autres astringents ou dessicatifs, tels que le lierre, les ronces, le sumac des tanneurs. Quand on se propose de ramollir, on se trouve bien des cataplasmes avec la farine cuite.

11. (*Quelques cas où l'eau froide est d'un bon usage; d'autres où il faut l'eau chaude.*) L'eau froide est bonne contre les rougeurs étendues qui viennent çà et là, comme on en voit chez les gens qui ont la rate grosse. Ces taches sont fort rouges chez ceux qui ont de l'embonpoint et la peau

(1) Ils s'agit vraisemblablement de quelque préparation différente de la simple dissolution de sel marin, qui n'a point, ou que très-peu, d'odeur.

(2) Le texte paraît avoir été altéré ici, comme en quelques autres endroits de ce Traité.

tumidos, exoriuntur. In opimo autem corporis habitu et molli carne præditis, admodum rubræ existunt; in nigris vero, veluti rotundæ (*αιθολικας* vocant), et quales in calidis lavacris excitatæ oboriuntur, ac mulieribus ex menstruum sub cutem recursum fiunt, et ex cutis irritatione, aut in solita asperorum vestimentorum gestatione, et ob sudoris exitum, aut cum quis ex frigore derepente ad ignem, aut calida lavacra accesserit. Quod si posterius hæc fecerit, neutiquam amplius erumpunt. Quandoquidem, quæ ex frigore oriuntur, aut ad instar milii exasperantur, dein exulcerantur, iis quidem nocet frigida, calida vero prodest. Quibusdam autem utraque prodest, velut sunt articularum tumores, et pedum sine ulcere dolores, et convulsa pleraque.

Hoc constat, frigidam copiosam sudoribus, affusam, extenuare, et dolorem stupefacere. Moderatus autem stupor tollit. Calida autem attenuat et emollit. Pedum doloribus, resolutis, distentis, convulsis hæc conferunt. Distentiones, tremores, levis considerationes, ejusmodique affectiones remittunt, aut claudicationes, torpores, vocis defectiones, atque alia ejusmodi, et inferiores suppressiones.

In frigidæ tamen usu potius, quam calidæ, quatenus ea utaris, attendendum. At articulis induratis aut ob inflammationem quandoque obortam, aut ob contractionem, ante omnia mederi convenit, calida in utriculum infusa, et manu ad alligatum immissa. Oculorum lacrymas lenit, si quis acrimoniam leni aliquo unguento illinat, ne eas salsus humor attingat. Fossulis quoque (quæ sunt cornæ profunda ulcera), ablutio confert, et repletio ad naturalem habitum adducens. Calida oculis prodest, doloribus, suppurationibus ex lacrymis mordacibus, et quibusvis aliis ex siccitate ortis.

Frigida dolore carentibus, valde rubicundis, humorum collectiones in venis facere solitis, qualia sunt acerosa circa thoracem et festucis similia, aliaque dura. Recto vero intestino et uteris non admo-

naire. Les personnes qui ont la peau noire les ont comme des échauboules, semblables à celles des gens qui sortent d'un bain chaud. Les femmes en ont quelquefois de pareilles, quand leurs règles se suppriment par des accidents. On contracte des taches pareilles, en portant du linge rude, auquel on n'est pas habitué, ou après de fortes sueurs; ou lorsque, ayant un grand froid, on s'approche promptement du feu, ou qu'on se met de suite dans un bain chaud, tandis qu'en faisant, le lendemain, les mêmes choses, on n'en contracterait point. Lorsque le froid fait venir à la peau des durillons comme des grains de millet, qui ensuite s'ulcèrent, l'eau froide y est mauvaise; la chaude y est bonne. L'une et l'autre sont d'un bon usage dans les tumeurs des articulations, dans celles de la goutte qui sont sans plaie, dans presque toutes les convulsions. L'eau froide, versée abondamment sur quelqu'un qui sue, arrête ses sueurs. Elle calme les douleurs, en engourdissant la partie; l'engourdissement médiocre est un calmant. L'eau chaude atténue et ramollit. On fait prendre des lotions et des bains dans le cas de la goutte, de la paralysie, du tétanos, des convulsions. Les spasmes, les paralysies, les foulures, les crampes, les enrouements, les constipations, se guérissent par le moyen de l'eau. On doit y regarder de plus près, quand on l'emploie froide, que lorsqu'on en use chaude. Quand il y a des duretés aux articulations, ou de l'inflammation, quand il s'y forme des ankyloses, on commence le traitement en y appliquant une vessie remplie d'eau chaude. L'eau chaude modère le larmolement, en y baignant les yeux. On les oint aussi de quelques matières grasses, pour émousser la salure des larmes. Elle est bonne contre le staphylome, en ce qu'elle peut contribuer à vider le sac, et aussi quand on sent des ardeurs aux yeux; quand il y a de petits ulcères avec écoulement de larmes brûlantes, ou avec de la sécheresse. L'eau froide est bonne pour les yeux, lorsqu'il y a de la rougeur sans douleurs; lorsqu'il y est entré quelque fétus qui en fait gonfler les veines; comme il arrive aux veines de la poitrine, quand on a inspiré un air chargé de petites pailles ou d'autres choses dures. L'eau froide n'est point bonne pour le rectum, ni pour la matrice, ni pour la vessie, quand on pisse du sang ayant des frissons. Elle est mordante appliquée aux ulcères. Elle rend la peau rude; elle cause des douleurs; elle arrête la suppuration; elle rend livides les chairs des plaies, même noires. Elle cause des

dum confert, neque sanguinem in frigore cum urina reddentibus. Ulceribus frigida quidem mordax est, cutem obdurat, tumorum dolentium suppurationem impedit, livorem et nigredinem inducit, rigores febriles, convulsiones item ac distentiones. Interdum quoque in distentione absque ulcere, ætate juvenili, corporis habitu carnoso, ætate media, frigida larga profusio calorem revocat. Calore autem hæc solvitur.

Calida, etsi non in omni ulcere supurationem promovet, maximo tamen est securitatis indicio, cutem emollit, attenuat, dolorem tollit, rigores, convulsiones, distentiones mitigat, ipsa quoque capitis gravitatem solvit. Plurimum autem ossium fracturis confert, præcipue vero denudatis, ex hisque maxime capitis vulneribus, et iis, quæ a frigore aut moriuntur, aut ulcerantur; ulcerationibus itidem tum voluntariis, tum involuntariis, et quibus cutis abrasa est, herpetibus exedentibus, denigratis, sive in gingivis, sive in aure, sive in ano, sive in utero. His omnibus calida grata est, et ad judicationem confert, frigida vero adversa est, et interimit, præterquam in quibus sanguinis profluvium metuimus. Atque ad hunc modum adhibendæ sunt liquidorum perfusiones, unguentorum illitus; foliorum aut linteorum impositiones, et quæcunque in cataplasmate adhibita refrigeratione et caliditate prodesse, aut nocere posse videntur.

frissons, la fièvre, des convulsions, le tétanos. Cependant, dans le tétanos sans plaie, des lotions de beaucoup d'eau froide, faites au fort de l'été, peuvent rappeler la chaleur quand le sujet est jeune et bien constitué (1). On traite communément le tétanos avec l'eau chaude. Elle soulage les pesanteurs de tête. Elle facilite la suppuration en général, quoiqu'elle ne produise pas cet effet sur tous les ulcères; mais quand elle le fait, c'est un signe assuré de guérison. Elle ramollit, elle atténue, elle calme les douleurs; elle arrête les frissons, les convulsions, le tétanos. On peut généralement la regarder comme un anodiu. Elle est très-bonne dans les fractures, surtout lorsque les os sont à découvert, et si ce sont des os de la tête; et dans le cas où le froid occasionne des ulcères, dont l'on meurt quelquefois; et dans les plaies spontanées ou accidentelles; dans les excoriations, dans les dartres vives, quand les bords des plaies sont violets; dans les ulcères des oreilles, dans ceux de l'anus, de la matrice. Dans tous ces cas, l'eau chaude est bonne, et hâte la guérison. L'eau froide y est mauvaise et mortelle, à moins qu'on ne craigne une hémorrhagie.

12. (*Conclusion.*) Tel est l'usage à faire des liquides en lotions, sans négliger les onctions, les applications des feuilles des végétaux, des compresses, des cataplasmes. J'ai suffisamment fait connaître, par tout ce que j'ai dit, comment l'eau chaude ou la froide est bonne ou mauvaise.

(1) Ceci est relatif sans doute à quelque observation particulière, à laquelle Hippocrate a eu égard aussi dans le vingt-unième aphorisme du livre cinquième.

HIPPOCRATIS DE MORBIS
LIBRI IV.

TRAITÉ DES MALADIES,
LIVRE PREMIER.

PRÆFATIO.

Veteribus alios exstitisse libros Hippocratis de morbis, aut hos, qui nobis supersunt, mutilatos esse, ex eo patet, quod a veteribus ex iis citata in nostris desunt (1). Variè etiam ipsi libri Hippocratis de morbis a veteribus citantur. Erotianus duorum tantum librorum de morbis meminit (2), qui alter et tertius fuisse videntur (3), nisi primus cum secundo, et tertius cum quarto junctus fuit (4). Duos vero de morbis magnos, et duos parvos aliquoties memoravit Galenus (5). Liber de internis affectionibus iis autem adnumeratus esse videtur, qui alio loco liber magnus de morbis dicitur (6). Alio loco alter liber simpliciter titulo de morbis citatur, Cælius Aurelianus (7) autem loca ex tertio in altero legi, refert (8).

De auctore librorum vero antiqui jam incerti fuerunt. Dioscoridem librum de morbis Hippocrati juniore, Thessali filio, adscripsisse, Galenus memorat (9). Ab aliis libros de morbis Polybo tributos esse, idem refert (10). Ipse Galenus libros de morbis, quos noverat, Hippocrate dignos non censuit (11). Desideratur in iis Hippocratis doctrina, ingenium, exacta morborum enarratio et medelæ simplicitas. Foesius (12) hos libros auctori librorum de morbis mulierum tribuit, et quidem medico ex schola Cnidia, siquidem morbi ex nominum diversitate et accidentibus distinguuntur, quod Hippocrates ipse in Cnidiiis reprehendit (13). Ejusdem sententiæ Hallerus est (14). Optime autem eam Grunerus (15) exposuit. Ejusdem scriptoris autem librum IV esse, qui post Aristotelem vixerit, Hallerus putat (16).

(1) E. g. Galenus, comm. 1. in prorrh. initio το τριωνυ ex libris Hipp. de morbis citat, cum ne ulla quidem ejus affectionis mentio exstet, et Cælius Aurelianus, tard. pass. libr. 2. cap. 13, ait Hippocratem in hæmorrhagia venæ sectionem admittere in libr. de morbis, qui locus

Ce Traité est le premier de la cinquième section suivant la division de Foës. Les médecins désireux de connaître quelle était, du temps d'Hippocrate, la manière d'agir et de penser de ceux qui traitaient les maladies externes, ont, je pense, lieu d'être satisfaits de ce qu'ils en ont vu dans la première partie de cette traduction. Le présent Traité, divisé en quatre livres, va satisfaire, à bien des égards, au désir que je leur suppose de voir aussi ce qui concerne les maladies internes. Il ne sera pas toujours facile de ramener ce qui y est dit, à l'ordre, à la dénomination et à la classification du grand nombre des maladies internes, traitées d'après les méthodes des auteurs qui en ont écrit de nos jours, ou généralement, ou spécialement. C'est ce que je tâcherai de faire, du mieux que je le saurai, dans de courtes notes, et des avertissements en tête, ainsi que j'ai déjà tâché de le faire, pour quelque maladie interne particulière, en traduisant le Traité du régime des maladies aiguës, et ailleurs.

Du reste, comme je suis persuadé qu'en lisant la première partie de cette traduction, on aura trouvé sans doute très-abstraites plusieurs des Traités qui la composent, notamment ceux des Pronostics, des Humeurs, des Prédications, de la Nature de l'homme, des Aliments, des Lieux dans l'homme; je me persuade aussi qu'ils donneront un jour lieu à d'excellents commentaires faits par d'habiles professeurs, qui les développeront en les expliquant dans leurs écoles. Je suis éloigné de penser de même sur ceux qui composent la seconde partie, et qui, loin d'avoir besoin de développement, me paraissent mériter plutôt d'être resserrés.

autem nusquam legitur. (2) L. c. (3) Vid. Fabricii bibl. gr. l. c. p. 575. (4) Cfr. Grimmerius, l. c. 4. B. S. 546. (5) In glossario. (6) In comm. in aph. s. 6. aph. 27. (7) In comm. 1. in Hipp. epid. 6. text. 29. (8) L. c. libr. 3. cap. 4. (9) Comm. 1. in Hipp. epid. 6. text. 29. (10) Comm. ad aph. s. 6. aph. 1. (11) Comm. 2. in libr. Hipp. de diæta acut. text. 38. (12) In not. ad libr. 1. in acut. Hipp. (13) In libr. de vict. rat. in acutis, initio. (14) In bibl. med. pr. T. 1. p. 70. et art. med. princ. T. 3. p. 1. (15) In cens. libr. Hipp. p. 155. (16) In bibl. botan. T. 2. p. 620. Vid. etiam Hier. Cardani, de sanit. tuend. libr. 3.

LIBER I.

ARGUMENTUM LIBRI.

Quæ medico animadvertenda sint quæ-
sita, ac responsa; morborum causæ
internæ et externæ; medendi occasio-
nes, ac intempestivitates; recte ac
non recte dicta, et acta; bona ac mala
sponte, aut sorte, aut errore oborien-
tia; quæ præcisæ partes non coales-
cant, medendi tempora, manuum dex-
teritas; pulmonis, thoracis, ac ventri-
culi suppurata; pulmonis erysipelas,
ac pulmonis et lateris tuberculum;
febris, horror, rigor, sudor; pleuritis,
peripneumonia, febris ardens, phre-
nitis, melancholia, subcruentum ac
lividum sputum.

CAPUT I. — Quæ medenti medico anim-
advertenda sunt, ut ægrotum ac ads-
tantes recte interroget, eorumque
quæstionibus recte respondeat, et
contradicat.

Qui de morborum curatione tum scite
interrogare, tum ad quæsitâ respondere
volet, et commode objecta refutare, hæc
secum reputare convenit: primum qui-
dem ex quibus morbi omnibus hominibus
oriuntur; deinde vero, qui morbi, cum
necessarias causas habeant, aut longi
sunt, aut breves, aut lethales, aut minime
lethales, utrum pars aliqua corporis mu-
tila reddatur, necne; et qui ubi exorti
sunt, eventa habent dubia, aut mala, aut
bona, et ex quibus in quosnam transi-
tiones fiant, quæque medicis in ægrorum
curatione prospere succedunt, et quæ
ægrotantibus in morbis mala aut bona
contingunt, quæque intempestive dicun-
tur, aut fiunt a medico erga ægrum, aut
ab ægro erga medicum, quæ etiam in
arte exacte fiunt aut dicuntur, et quæ in
ea recta, quodque ejus principium, vel
finis, vel medium, aut aliud quid ex his,
quod in ea recte se habere, vel non ha-
bere demonstratur, et quæ parva, quæ
magna, quæque copiosa et pauca; quod-
que totum in ea unum est, et omnia
quidquid unum; et quæ effici posse con-
stat, cum intelligere; tum dicere, et si
opus est, neque nosse, neque dicere, ne-
que facere; et quidquid in ea promitti-
dinem habet, aut non habet, et quidquid

1. (*Préliminaires.*) Quiconque veut, au
sujet de la médecine, se mettre en état
de répondre et d'interroger, doit savoir,
premièrement, d'où proviennent les di-
verses maladies des hommes; seconde-
ment, pourquoi certaines sont nécessai-
rement toujours longues, tandis que d'au-
tres se terminent toujours vite, qu'elles
soient mortelles ou qu'elles ne le soient
point; pourquoi les unes occasionnent
des destructions manifestes dans quelque
partie, quoique d'autres n'en occasion-
nent pas. Il faut savoir aussi combien
il est difficile, quand elles arrivent, d'en
déterminer la bonne ou mauvaise issue;
de prédire si elles finiront complètement,
ou si elles ne se termineront point en une
autre maladie; de distinguer ce qui réus-
sit dans les soins qu'on donne aux ma-
lades; de reconnaître, sans équivoque,
les maux et les soulagemens qu'on y
voit; d'assigner en quoi le médecin et
le malade se conduisent bien chacun de
son côté. Il faut être au fait de ce en quoi
l'art est avancé, en quoi il se trouve en
défaut; pouvoir assigner quels sont les
principes certains de la médecine, ses
moyens, son but; ce qu'elle a d'incer-
tain, ce qui est important ou de peu de
conséquence; comment du tout il résulte
un seul art qui n'a qu'un seul objet. On
doit savoir encore ce que cet art est ca-
pable d'opérer, et le dire sans se mépren-
dre sur ce qu'il ne convient pas d'en es-
pérer; qu'est-ce qu'il faut ne pas dire,
ne pas faire; ce qui est facile à la mé-
decine, ce qui lui est impossible; en quoi
consiste l'occasion et le hors de propos;
quelles sont les différences entre la mé-
decine et les autres arts. Il faut distinguer
ce qu'il y a dans le corps de chaud ou
de froid, de sec ou d'humide, de fort ou
de faible, de dense ou de rare; les grands
effets qui s'y observent, produits par de
petites causes; ce qui le fait empirer ou
aller vers le mieux; tous les bons ou les
mauvais changements qui s'y opèrent,
vite ou lentement, suivant sa nature ou
contre sa nature; les dérangemens enfin
que doit nécessairement produire le mal
ajouté au mal. C'est en méditant sur tous
ces objets, qu'on deviendra capable de
ramener les autres à la vérité, par des
principes fixes, lorsqu'ils se trompent en
questionnant ou en répondant, et qu'ils
confondent entre elles des choses diffé-
rentes, ou qu'ils assurent la possibilité
de celles qui répugnent.

2. (*Causes des maladies internes et exter-
nes, avec leurs principales différences, rela-
tivement au danger, à la durée, etc.*) Tou-
tes les maladies, si elles sont internes,
proviennent de la bile ou de la pituite; si
elles sont externes, de divers accidents

opportunum, et inopportunum; quibusque aliis artibus similis sit, et quibus nihil similis; corpusque quodnam calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum, et quodnam robustum, aut debile, aut densum, aut rarum; et quæ ex multis pauca fiunt, aut in pejus, aut melius vertunt; quodque honeste vel turpiter, vel tarde, vel cito, vel recte, vel non recte, et quodnam malum malo succedere, necesse est.

Quæ animo secum reputantem in oratione observare oportet, et in quo quis, aut dicendo, aut vestigando, aut respondendo, ab his aberret, an quæ multa sunt, pauca, et quæ fieri non possunt, ea fieri posse, asserat, et quicquid aliud dicendo peccarit, hoc modo observando, contraria oratione insectari.

CAPUT II. — Morborum causæ, internæ, externæ; morbi lethales, ancipites, mutilantes, longi, cito judicantes, qui in alios transeunt, et qui aliis necessario superveniunt.

Morbi igitur omnes oriuntur partim quidem ex his, quæ in corpore insunt, pituita et bile, partim vero ex his, quæ extra obveniunt, laboribus et vulneribus, quin et calido supra modum calefaciente, et frigido supra modum refrigerante, et sicco plus æquo resiccante, et humido etiam plus æquo humectante. Ac bilis quidem et pituita una oriuntur cum his, quæ in nobis nascuntur, et in corpore modo plus, modo minus insunt. Morbos autem exhibent, partim quidem ex cibis et potibus, partim vero ex calido supra modum calefaciente, et frigido supra modum refrigerante.

Hæc autem, cum fiunt, ex necessitate contingunt, in vulneribus quidem, si crassi nervi et musculorum capita, in femoribus præsertim, vulnus acceperint, necessaria est claudicatio. Moritur etiam, si quis vulneratum habet cerebrum, aut spinalem medullam, aut jecur, aut septum transversum, aut vesicam, aut venam aliquam multum sanguinem effundentem, aut cor. Ex vulnere autem minime mori contingit, si his partibus vulnus acceptum non fuerit, sed ad his quam longissime absit.

At hi morbi ex necessitate, cum adsunt, mortem afferunt: tabes, aqua subter cutem, mulierem utero gerentem si pulmonis inflammatio, aut febris ardens, aut morbus lateralis, aut phrenitis prehendit, aut si erysipelas in utero oriatur.

mum diebus diffusum fuerit, et, quod intus est, foras transierit, plerumque sanus evadit. Si vero neque diffusum, neque transmutatum fuerit, intus putrescit et suppuratus evadit, ac brevi perit, cum nimirum totus pulmo purulentus ac putridus existit. Quod si extra diffusum intro vertatur, pulmonemqueprehendat, hunc superesse posse, nulla spes est. Cum enim antea resiccatus pulmo ad sese traxerit, non amplius transmittit, sed confestim præ ardore ac siccitate neque quidquam amplius suscipit, aut sursum distribuit, sed corrumpit.

Pulmonis vero tuberculum ad hunc modum oritur. Cum pituita aut bilis collecta fuerit, putrescit, et quamdiu quidem adhuc crudum fuerit, tum dolorem tenuem, tum tussim siccam exhibet. Ubi vero maturaverit, anteriore et posteriore parte gravis dolor oritur, calores invadunt et tussis vehemens. Et si quidem pus quam citissime maturaverit, eruperit, sursum vergat, et totum expuatur, venterque, in quo pus erat, considat ac resiccetur, prorsus sanus evadit. Si vero quam citissime ruptum fuerit, maturaverit, ac repurgatum fuerit, neque tamen penitus resiccari possit, sed ipsum tuberculum ex se pus effundat, perniciosum id est, et ex capite reliquoque corpore pituita ad tuberculum defluens putrescit, in pus vertitur, ac expuitur, ex quo corruptus perit. Perit autem ex ventris profluvio ex his, quæ antea dicta sunt, ipsoque confabulante et omnia æque ut prius intelligente, resiccatur ac refrigeratur, omnesque corporis venæ contrahuntur, cum nimirum ipsarum sanguis a febre exustus sit, interdum vero tum ex temporis longitudine, et morbi magnitudine, tum etiam ex instantibus ac supervenientibus malis. Quod si neque sponte, neque a medicamentis multo tempore rumpi possit, dolorum vehementia, inedia, tussi, ac febribus qui laborat, consumitur, ac plerumque perit. Si vero jam extenuatis et lecto decumbentibus pus eruperit, neque sic admodum sustinent, sed eo modo perimuntur. Quod si quam citissime ruptum quidem et maturatum fuerit, magnaque sui parte ad septum transversum effundatur, confestim quidem levius habere videtur, progressu temporis tamen, si quidem totum per sputum rejiciat, et venter, in quo pus inerat, considat ac resiccetur, sanus evadit. Verum si tum tempus longius, tum ipse debilior fuerit, neque exspuere possit, sed per unctionem aut sectionem

veines du corps s'oblitérent; le sang étant brûlé par la fièvre, la continuité et la grandeur de la maladie, à laquelle il se joint quelquefois d'autres maux, emportent à la fin le malade. Lorsque l'abcès ne peut s'ouvrir de long-temps ni de lui-même, ni au moyen des remèdes, le malade périt ordinairement épuisé par de fortes douleurs, par le dégoût, par la toux, par la fièvre. Si dans cet état de débilité, lorsqu'on est déjà obligé de garder le lit, l'abcès vient à se rompre, on n'est plus en état de cracher tout le pus, et l'on meurt de même. Lorsque le dépôt crève vite, et que le pus cuit s'épanche en abondance sur le diaphragme, le malade paraît d'abord se trouver mieux: si dans la suite il le crache tout, si la cavité où le pus était contenu s'affaisse et se dessèche, il guérit; mais s'il s'affaiblit à mesure que le temps s'écoule, s'il ne peut cracher, et qu'on ouvre alors avec le fer ou avec le feu pour faire sortir le pus, le malade paraît d'abord se trouver mieux. Cependant, par la suite, il mourra comme les autres dont nous avons déjà parlé.

18. (*Tubercules à la plèvre.*) Il se fait aussi des tubercules ou des tumeurs à la plèvre, occasionnés par la pituite et par la bile, comme au poumon. Cela arrive lorsqu'à la suite de quelque fatigue les veines tirillées souffrent une déchirure sans être entièrement coupées; s'il s'y forme quelque sac, et qu'il se rompe, le sang qui se verse aussitôt se pourrit et fait du pus. Quand le sac se forme dans un vaisseau veineux ou artériel, on y sent d'abord de la douleur, et il s'y fait un battement. Dans la suite du temps, les vaisseaux dégorgent, dans les chairs, du sang qui, en se pourrissant, y occasionne une suppuration: les chairs devenues douloureuses attirent par cela même plus de sang des veines et des parties voisines, qui se convertit promptement en pus. Si les douleurs sont moindres, il est attiré moins de sang, qui se convertit en pus tout de même. Il arrive quelquefois, lorsque les tiraillements ont été faibles dans les chairs ou dans les veines, qu'il ne se forme point de pus, et qu'il en résulte des maux chroniques que nous appelons des ruptures (1).

19. (*Pleurésie par inflammation des muscles intercostaux.*) Pour ce qui se passe

(1) L'état que les médecins d'alors désignaient spécialement par un mot qui signifie des ruptures ou des déchirures *ῥήγματα*, se trouvera particulièrement décrit dans le Traité des affections internes, n° 8.

pus exeat, confestim quidem hoc sane etiam modo levius habere videtur, progressu temporis tamen ab his, quæ in priore dicta sunt, perimitur.

In latere autem tubercula quidem oriuntur, tum a pituita, tum a bile, non aliter, quam in pulmone. Ex laboribus quoque oriuntur, cum vena aliqua divulsa rupta fuerit, neque tamen penitus rupta fuerit, sed ita, ut in ipsa convulsio facta sit.

Si quidem igitur rupta fuerit, confestim sanguis ex vena effusus putrescit, et in pus vertitur. Quod si convulsio in vena facta sit, hæc quidem per exordia dolorem excitat, et pulsat, progressu temporis vero sanguinem ad carnem transmittit, qui in carne putrescit in pus vertitur. Ad eandem vero rationem etiam caro, si quidem plus laborarit, plurimum ad se sanguinem ex maxime vicinis venis trahit, et confestim in pus vertit. Si vero minus laborarit, et tardius trahit, et pus efficit. Quibusdam autem, cum imbecilla in carnibus ac venis convulsa facta fuerint, non suppurant, sed diuturni fiunt dolores, et ruptiones vocantur.

Et quæ quidem in carne fiunt, ad hunc modum fiunt. Cum caro aut divulsa, aut ex plaga, aut aliquo modo affecta, dolorem aliquem habuerit, livida, velut antea dixi, evadit, non sincero sanguine, sed tenui et aquoso, eoque pauco. Ubi vero plus solito resiccata fuerit, tum incalescit, tum dolorem exhibet, et ad se ex venis et carnibus propinquis humiditatem trahit, ac ubi supra modum humectata fuerit, eaque humiditas a carne admodum incaluerit, per totum corpus, qualis attracta est, dispergitur. Et magis sane in venas, quam in carnes spargitur, eum hæc magis, quam carnes, trahant, quanquam etiam carnes trahunt. Cum vero ad copiosam corporis humiditatem pauca a carne attracta fuerit, obscura et doloris expers evadit, et pro morbosa, temporis tractu, sanescit. Quod si caro tum magis incaluerit, tum copiosam humiditatem traxerit, dolorem exhibet, et ad quamcunque corporis partem ab ipsa cum impetu delata fuerit ac incubuerit, dolorem gravem excitat, et quibusdam videtur ruptum transmutatum esse, quod tamen fieri non potest. Sed quæ sunt ejusmodi, et alia, prope ad ulcus accedunt. Humiditas autem de carne per venas prorumpit, cumque incaluerit, et crassior copiosiorque evaserit, dolorem

dans les muscles, voici ce qu'il en est à cet égard. Toutes les fois que les muscles tirailés ou blessés, ou affectés d'une manière quelconque, deviennent livides (de la manière déjà dite, lorsque je parlais de la manière de la plèvre), parce qu'ils ont reçu un sang impur, dissous, aqueux et en petite quantité; s'ils deviennent plus secs que de coutume, ils s'échauffent, et on y ressent des douleurs. Ils attirent alors à eux l'humidité des veines et des muscles voisins. Après avoir pris abondamment de ces humeurs qui s'échauffent avec les chairs, ils les répandent dans tout le corps en raison de ce qu'ils ont attiré, plus néanmoins dans les veines, quoiqu'ils en répandent aussi dans les chairs: car les veines attirent plus que les chairs; ces dernières cependant ont leur attraction. Si donc il y a peu d'humeur dans le corps, malgré la quantité qui s'en portait vers les muscles, les douleurs se dissipent peu à peu, et au lieu d'avoir une maladie, on recouvre la parfaite santé avec le temps. Lorsque les muscles sont beaucoup plus échauffés, qu'ils attirent plus d'humeurs, cela occasionne des douleurs plus fortes là où elles se fixent; en s'y portant avec rapidité, elles donnent lieu à un mal aigu, qu'on prend pour une rupture, tandis qu'il ne s'y fait aucune espèce de déchirement. L'impression qu'on sent dans ce cas et dans quelques autres, est la même que celle d'une blessure. Les humeurs courent avec violence à travers les veines, vers les chairs, où elles se précipitent. Après qu'elles s'y sont échauffées et épaissies, que l'engorgement est complet, les douleurs persistent jusqu'à ce que ces humeurs soient assimilées, c'est-à-dire rapprochées de la nature de celles du reste du corps, quant à la ténuité et à un moindre degré de chaleur.

20. (*Continuation du même sujet.*) Si maintenant on cherche ce qui se passe relativement aux veines, on reconnaîtra que les veines tirailées restent à la même place, quel que soit leur tiraillement, qui est causé en même temps et par leur état de tension et par la violence qui leur est faite, d'où il résulte des varices. Il y survient une chaleur qui attire comme une rosée d'humeurs, qui ne sont autre chose que de la pituite et de la bile, lesquelles, se mêlant avec les humeurs des chairs et avec le sang, l'épaississent dans l'endroit où se fait le tiraillement de la veine, de manière que le sang en devient plus lent dans sa marche, et qu'il contracte un état maladif. Quand l'engorgement est parvenu à un certain point, et qu'il va de l'épaule vers le dos, çà et là, partout où il s'arrête il y excite de vives

exhibet, donec reliquo humori tenuitate et frigiditate similis exstiterit.

Quod autem atinet ad ea, quæ in venis fiunt, ipsa quidem vena, in quantum corvellitur, loco manet, cum vero convulsio fuerit (quod contentione et vi accidit), similis fit varici. Incalescit autem, et ad se vaporem quemdam humidum atrahit, qui ex bile et pituita provenit, cumque sanguis et humiditas de carne permixta fuerint, incrassescit sanguis, ipseque multis modis, qua parte venam convelli contingit, se ipso morbosior et longe stabilior evadit, cumque copiosior exstiterit, plenitudo quolibet transfertur, doloremque gravem adfert, ita, ut quibusdam ruptum loco migrasse videatur. Quod si forte ad humerum transierit, gravitatem in manu, et stuporem ac torporem inducit. Et si in venam incubuerit, aut ad humerum et dorsum tendat, confestim plerumque dolor sedatur. Fiunt etiam convulsiones ex laboribus, ex casibus, ex plaga, et si quis onus majus tollat, et ex cursibus, ac lucta, et omnibus id genus.

CAPUT IX. — De suppuratorum ob carnem, aut venam vulneratam, aut ruptam, sanatione, reversione, interitu; ac in ipsofum curatione quæ animadvertenda sint, sexus, ætas, tempestas, tempus, affectus, corpus, et alia.

Qui autem ex vulneribus purulenti fiunt, aut hasta, aut pugione, aut jaculo intro vulnus acceperint, quamdiu quidem ulcus per antiquum vulnus foris aerem attraxerit, ea parte frigidum ad se inducit, et calidum a se emittit, et pus facile, aut sane si quid aliud, expurgatur. Et si quidem tum interna parte, tum externa simul sanescat, penitus æger sanus evadit. Sin autem externa quidem parte sanescat, interna vero minime, purulentum fit. At si simul quidem tum interna, tum externa parte sanescat, cicatrix autem intus debilis, aspera, et livida existat, quandoque refricatur, eoque modo purulentum evadit. Iterum vero etiam exulceratur, si quid plus justo laborarit, et extenuatus fuerit, pituitaque et bilis ad cicatricem affigatur, et si morbo alio detentus extenuatus fuerit. Cum autem ulcus exstiterit, aut hoc modo, vel si pars externa priusquam interna coalescat dolorem vehementem, et tussim, et febrem affert, ipsumque ulcus, cum amplius calidum existat, sibi ipsi refrigerationem inducit, et a se caliditatem exhalat, pus-

douleurs, que l'on confond souvent avec celles d'une déchirure. S'il arrive qu'il se transporte aux épaules, il occasionne une pesanteur au bras avec un engourdissement qui donne souvent la crampe. S'il rentre dans les veines et qu'il (1) se transporte de l'épaule vers le dos, la douleur s'apaise communément aussitôt. Les tiraillements dont il est ici question ont lieu à la suite des travaux du corps, des chutes, des coups reçus, si l'on élève des fardeaux trop pesants; dans des courses violentes, dans les efforts faits en luttant, et autres pareils.

21. (*Suppurations internes par cause externe.*) Quant aux suppurations internes à raison des blessures faites par une lance, ou un poignard, ou une flèche, dont le coup a pénétré dans l'intérieur, tandis qu'il y a une ouverture extérieure par où la plaie peut prendre le souffle du dehors, elle s'en sert à attirer la fraîcheur et à se dégager de la chaleur interne, à se purger, à se débarrasser facilement du pus ou des autres mauvaises matières. Lorsque la plaie guérit en même temps au dehors, la cure est complète; si elle guérit au dehors, non au dedans, il en résulte un empyème. Lorsqu'elle guérit au dedans et au dehors, et que la cicatrice est faible, inégale, blafarde, la plaie se rouvre quelquefois, et la suppuration s'y établit de nouveau. Elle se rouvre aussi si l'on prend trop de fatigue, si la cicatrice est faible, si la pituite et la bile s'y jettent, si l'on tombe dans quelque maladie. Toutes les fois qu'on a quelque plaie de cette espèce, surtout si elle guérit au dehors avant que l'intérieur ne soit guéri, on sent des douleurs aiguës accompagnées de toux et de fièvre. La plaie se procure du rafraîchissement en s'ouvrant de nouveau, parce que la chaleur est trop forte au dedans: elle pousse le chaud au dehors avec le pus dont elle se purge. Il y faut beaucoup de soin: la guérison en est longue; quelquefois même on ne l'obtient point: il arrive que les chairs et la plaie, trop échauffées par la chaleur du corps, attirent un excès d'humidité, en sorte qu'il n'est pas possible de la dessécher ni de l'incarner, et de parvenir à la guérison. Dans la suite du temps, le malade périt de la manière que j'ai déjà dite. Lorsque la blessure a intéressé quelque une des grosses veines, que le sang s'est épanché dans l'intérieur, et s'y est pourri, il se fait un empyème. Si tout le

(1) Le texte est ici très-embarrassant. J'ai cherché à lui donner un sens que je ne puis garantir être celui de l'auteur.

que expurgatur, et longiore tempore curatur, tardiusque sanescit, quandoque vero minime sanescit. Caro etenim ulcusque ab ardore corporis coquitur, et supra modum humectatur, ut neque resiccari, neque carnem producere, neque sanescere queat. Verum procedente tempore, qui hoc modo, velut etiam antea dictum est, afficitur, perit.

Quod si forte fortuna contigerit, ut ex crassioribus venis aliqua vulneretur, sanguisque intro fluat et putrescat, in pus vertitur. Ac si quidem totum hoc pus exspuatur, et vulnerata vena constringatur, ulcusque intus et foris sanescat, prorsus convalescit. Quod si neque ulcus intus coalescere possit, neque vena consolidetur, sed subinde sanguinem effundat, et si confestim vomitione aut sputo refundatur, aut etiam putrescat, et pus exspuatur, plerumque perit, aut confestim sanguinem vomitione rejiciens, vel postea, ab iisdem causis, quæ prius dictæ sunt, consumtus. At sæpe, quibus vena aliqua ex vulneribus, laboribus, aut exercitationibus, aut alia re quavis sauciatur, cum coalerit, aut sana esse visa fuerit, iterum alio tempore vena perrumpitur, idque ex iisdem causis, a quibus prius affectus erat.

Qua iterum rupta sanguinem effundunt, confestimque copioso et crebro sanguine et vomitione reddito pereunt, aut subinde recentem sanguinem vomunt, multum autem et crassum pus per totum diem spucentes, eodem, aut consimili modo consumuntur, velut in aliis morbis dictum est.

At vero in his, qui ejusmodi aut similibus morbis detinentur, multum ad faciliorem aut difficiliorem a morbo liberationem interest, virne sit, an mulier, juvenis, an senex, et mulier juvenula, an vetula. Insuper quoque quo anni tempore, et utrum ex alio morbo ægrotent, necne. Præstat etiam affectus affectui, majori minori, corpus corpori, et curatio curationi.

Quæ cum ita se habeant, tempus etiam differre necesse est, et alios quidem longiore tempore, alios vero breviori perire, aut non, et aliis quidem mala perdurare et majora esse, aliis vero minora et brevioris temporis, alios quoque ad senectutem usque comitari, et cum illis mori, alios vero ab ipsis intra breve tempus interire. Et quibus quidem junioribus, quæ ex laboribus affectiones fieri dictæ sunt, contingunt, ii magis et vehementius afficiuntur, plusque cæteris dolent,

pus est craché, si la veine ouverte se reforme, et si la plaie guérit tant en dedans qu'en dehors, l'on recouvre entièrement la santé; mais si la plaie ne peut guérir en dedans, ni la veine ouverte se refermer, de sorte qu'elle continue de donner du sang de temps en temps, soit qu'on le rende en vomissant ou en crachant, soit qu'il se pourrisse et qu'il occasionne un crachement de pus, on pérît ordinairement, ou de quelque grande hémoptysie, ou bien parce qu'on tombe à la longue dans cet état funeste dont j'ai déjà si souvent parlé. Souvent aussi les veines qui ont été ouvertes par quelques blessures, ou dans les fatigues du travail, ou dans les exercices du gymnase, ou de tout autre manière, après qu'on les croit fermées et consolidées se rouvrent en d'autres temps pour des causes légères de la même espèce que celles qui ont causé la première hémorrhagie, et l'on meurt alors promptement avec une hémoptysie abondante; ou bien, rendant le sang de temps en temps, on crache journellement un pus épais, copieux, et l'on finit par mourir de la manière que j'ai dite ci-dessus.

22. (*Conclusions sur ce qui a précédé. Différence des effets chez les divers sujets.*) Telle est l'issue de ces diverses maladies : on y observe des différences relativement à la facilité ou à la difficulté de la guérison, si les sujets sont d'un sexe différent, d'âges différents; si les saisons ne sont pas les mêmes; si auparavant l'on avait eu quelque autre maladie, ou si l'on n'en avait point eu. On y en observe encore qui sont prises dans la nature des maladies, suivant qu'elles sont plus ou moins fortes. Les corps d'ailleurs ne sont pas les mêmes, et la manière dont on traite le mal n'est pas toujours la même. Ces différences influent nécessairement sur sa durée, et doivent faire qu'elle soit tantôt grande, tantôt moindre; qu'elle se termine par la mort ou par la guérison; que le mal devienne quelquefois chronique, que d'autres fois il soit très-aigu; que chez les uns il se propage jusqu'à la vieillesse, finissant au terme ordinaire de la vie, que d'autres en meurent en très-peu de temps. Les jeunes gens en qui ces maux proviendront des fatigues du corps, comme je l'ai dit, les auront plus violents, ils y souffrent plus de douleurs; le crachement du pus et le vomissement du sang s'établissent promptement chez eux; mais ils y font quelquefois peu d'attention, à cause de leur bonne constitution. Ces maux sont rares dans la vieillesse; elle les a moins forts à raison de la faiblesse de l'âge. Les gens

et confestim iis manifestæ fiunt, ita, ut sanguinem aut sputo, aut vomitione rejiciant. Quædam etiam propter locum corporis habitudinem fieri, non sentiunt.

Seniores vero raro quidem et debilius afficiuntur, cum debiliores existant, iisque leviores sunt affectiones, earumque majorem curam habent. Seniori igitur hæc per initia minus contingunt, quam juniori, cumque fiant, seniori quidem debiliores, juniori vero vehementiores existunt. Et juniori quidem ob corporis intentas vires, et siccitatem, carnemque densam et validam, ad ossa adhaerentem, et cutem ei undique obtentam, si quid plus solito laborarit, vehementes convulsiones magis et derepente contingunt, multæque, et variæ venarum et carniùm ruptiones. Atque horum partim quidem manifesta fiunt, partim vero postea comparant. Senioribus autem valida corporis firmitas non inest, carnesque circum ossa diffuunt, cutisque carnes ambiens, et ipsa rara est, ac debilis, et neque senior ejusmodi aut similiter, ut junior afficitur, sed levius afficitur, statimque manifestum redditur. Adeo quidem per affectionum exordia difficilior junioribus quam senioribus liberantur. At vero quibus morbus conspicuus redditur, quique pus, aut sanguinem, aut utrumque exspuunt, si quidem junioribus fuerint, cum nimirum firmum et densum corpus habeant, non æqualiter ab ulceribus, quæ pus in superiore ventre habent, repurgari possunt. Neque enim pulmo, cum densior existat, admodum ad arterias trahit, arteriæque tenues et angustæ pus nisi paucum et raro, non excipiunt, ut proinde pus in thorace et ulceribus colligi, et crassescere, necesse sit. Ei vero, qui jam florentem ætatem exegit, pulmo rarior et magis cavus est, arteriæque ampliores, adeo, ut pus in ventre et ulceribus diutius non immoretur, et quidquid insuper acciderit, id totum a pulmone in arterias sursum attrahi, confestimque exspui, necesse sit. In juniore igitur cum affectiones sint vehementiores, et purgatio pro sputi ratione non procedat, febres, acutiores et crebriores oriuntur; doloresque graves tum ipsius affectus, tum reliqui corporis incidunt, cum nimirum venæ contentæ sint, et sanguine refertæ. Ubi vero hæc incaluerint, ex ipsis dolores alias ad aliam corporis partem pervadunt, et hi quidem plerumque intra breve tempus pereunt. Senioribus vero cum debiliores sint affectiones, et ab his sputum repur-

vieux en reviennent plus facilement, et ils les soignent davantage; ils les ont donc moins fréquemment, et moins violents que ne les ont les jeunes. Les chairs dans le corps de ceux-ci sont tendues, sèches, denses, fortes, très-adhérentes aux os. Lorsque leur peau se tend dans quelque travail plus fort que de coutume, il se fait, soit dans les veines, soit dans les muscles, des spasmes, des tiraillements et des déchirures de toute espèce, qui se manifestent quelquefois bientôt, et d'autres fois ne se montrent que par la suite. La tension chez les vieillards n'est pas grande. Leurs chairs sont lâches autour des os. La peau l'est de même au-dessus des muscles. Leurs chairs sont spongieuses, faibles; elles ne peuvent supporter des efforts aussi grands que celles des jeunes gens. Si elles en éprouvent, ils sont faibles, et ils se font bientôt sentir. La guérison, conséquemment, est, dans l'origine du mal, plus difficile chez les jeunes gens que chez les vieillards. Lorsque le mal est confirmé, que le crachement du sang ou du pus, ou de l'un et de l'autre, est arrivé, les jeunes qui ont les chairs tendres et denses ne peuvent point facilement se débarrasser par les crachats du pus, qui est dans la cavité de la poitrine. Les ramifications de la trachée-artère, qui sont fermes et étroites, ne reçoivent le pus qu'avec peine, et en petite quantité; de manière qu'il s'accumule et s'épaissit nécessairement dans la poitrine, sur les ulcères mêmes. Dans un âge plus avancé, le poumon est plus rare; les cavités aériennes y sont plus grandes, les ramifications de la trachée plus amples; de sorte que le pus ne séjourne point dans la cavité de la poitrine, ni sur les ulcères; ce qui s'en forme est aussitôt attiré par la trachée et rejeté par le crachat. Les jeunes donc ayant le mal plus fort, et ne pouvant purger le poumon au moyen du crachat, tombent fréquemment dans des fièvres très-fortes, avec des douleurs aiguës à l'endroit du mal, et dans tout le corps, parce que leurs veines sont tendues et pleines de sang. Dès que les parties se sont échauffées, la souffrance devient générale, et ils meurent ordinairement dans peu de temps. Chez les vieux, comme le mal est moins fort, et qu'ils peuvent se délivrer du pus par la voie des crachats, les fièvres ne sont ni fréquentes, ni considérables. Il y a des douleurs, mais petites. Ils ne guérissent cependant pas, mais ils tombent dans des phthisies longues; tantôt ils rendent du pus par les crachats, tantôt ils n'en rendent point: le mal ne finit enfin qu'avec eux. Ils meurent aussi lorsqu'ils tombent

getur, tum febres leniores, paucæque oriuntur, tum dolores adsunt quidem, sed exiles. Et ab hujusmodi quidem affectionibus ne senes quidem prorsus liberantur, sed multo tempore morbum trahentes consumuntur, interdumque pus spuunt, interdum sanguinem, quandoque vero neutrum, tandem etiam una cum his moriuntur. Sic autem moriuntur, cum aliquis morbus huic, quem habent, similis eos prehenderit, ita, ut hoc detineatur, et is, quem prius habuerint, vehementior existat, et ut plurimum consumti pereunt. At morbi, qui hæc potissimum efficiunt, sunt morbus lateralis et pulmonum inflammatio.

CAPUT X. — De febris, rigoris, horroris, ac sudoris frigidi et calidi, ortu, et causis.

Ex his autem febris gignitur. Cum bilis aut pituita incaluerit, ab his reliquum totum corpus calescit, et hoc appellatur febris. Caescit autem bilis et pituita, intra quidem a cibis et potibus, ex quibus et nutritur et increscit, extra vero a laboribus et vulneribus, et a calido supra modum calefaciente, et a frigido plus æquo refrigerante. Incalescit quoque etiam a visu et auditu, ab his autem minimum.

At vero rigor in morbis fit quidem etiam ab externis, ventis, aqua, et aere sereno, et aliis id genus. Fit quoque et ab ingestis cibariis et potibus. Præcipue autem vehementior fit, cum bilis et pituita, aut ex his alterum, aut utrumque, sanguini permixtum fuerit; magis tamen, si sola pituita permixta fuerit. Pituita enim natura frigidissima est, sanguis vero calidissimus, bilis autem aliquanto sanguine frigidior. Ubi igitur hæc una cum sanguine permixta fuerit, aut utraque, aut eorum alterum, sanguinem condensant, non penitus tamen. Neque enim vivere homo posset, si sanguis multo densior et frigidior se ipso evaderet. Ubi igitur sanguis refrigeratur, totum corpus refrigerari, necesse est, idque cum evenit, rigor appellatur, et si quidem vehementior rigor exstiterit, vehementior etiam est tremor. Sanguine enim in se coeunte, et condensato, dum venæ contrahuntur, corpus contrahunt, et tremorem excitant. Quod si minus in se coeat sanguis, hoc modo rigor appellatur; horror autem dicitur, quod est debilissimum.

At vero, quod post rigorem necessario major aut minor febris prehendat, sic se

dans quelqu'autre maladie analogue à celle dont ils sont affligés; elle leur devient mortelle pour l'ordinaire. Les maladies analogues dont il s'agit ici sont la pleurésie et la péripneumonie.

23. (*De la fièvre.*) La fièvre se forme de la manière que je vais dire. Lorsque la bile et la pituite s'échauffent, tout le corps participe à cette chaleur, et l'on est alors dans un état qu'on appelle la fièvre. La bile et la pituite s'échauffent par des causes internes, telles que les aliments et les boissons qui servent à leur nourriture et à leur accroissement. Les causes externes sont le travail, les coups ou des blessures reçues, une chaleur extrême, un froid très-grand; les impressions faites par la vue et par l'ouïe sont capables aussi d'échauffer la pituite et la bile, mais peu. L'on a froid dans les maladies à raison des vents du dehors, de l'eau, de la fraîcheur du temps, et d'autres causes. Il est occasionné encore par les aliments ou par les boissons que l'on prend; mais la cause qui produit le plus grand froid, c'est le mélange de la bile et de la pituite avec le sang, ou de l'un ou de l'autre, surtout si la pituite seule s'y mêle; car elle est de sa nature très-froide, et le sang est fort chaud, tandis que la bile est seulement moins chaude que le sang. Lors donc que l'une ou l'autre se mêlent au sang, il se coagule, non pas entièrement; car l'homme ne pourrait point vivre si le sang devenait trop épais, et beaucoup plus froid que sa nature ne le comporte. Dès que le sang se refroidit, tout le corps doit nécessairement sentir du froid; c'est ce qu'on appelle avoir des frissons: s'ils sont forts, il se fait un tremblement violent; les veines, éprouvant des tiraillements de la part du sang épaissi qui y coule, tiraillent le corps à leur tour, et le font trembler. Lorsque le sang passe plus difficilement, cela s'appelle véritablement des frissons: quand il est moins coagulé ou épaissi par le froid, on dit qu'on a des froids; ils sont moindres que les frissons.

(*Pourquoi le chaud succède au froid.*)

Pourquoi, après le froid, a-t-on nécessairement la chaleur de la fièvre plus ou moins grande? En voici la raison. Dès que le sang est réchauffé, et que, surmontant le froid, il est revenu à son état naturel, les portions de bile et de pituite qui y sont mêlées s'échauffent avec lui; le sang en devient lui-même beaucoup plus chaud. Il arrive donc nécessairement que la chaleur de la fièvre succède au froid, après que le sang a repris la sienne.

res habet. Cum sanguis per vim quamdam incaluerit, rursusque in suam naturam abierit, quod pituita et bilis sanguini permixtum est, simul incalescit, sanguisque se ipso multo calidior evadit. His igitur percalefactis, post rigorem, ad sanguinis caliditatem, febrem supervenire, necesse est.

Sudor vero istam ob causam suboritur. Morbi, qui præcipuis ad judicationem diebus judicantur, et quos ignis dimittit, in his, quidquam est in sanguine pituita et bilis tenuissimum, eliquatur et secernitur, partimque foras prodit, partim vero intus in corpore remanet, quod autem a calore attenuatum est, in vaporem vertitur, et cum spiritu mixtum foras prodit. Hæc igitur sunt ejusmodi, et ex his sudor oritur.

Cur autem interdum quidem calidus, interdum vero frigidus sit, hac ratione contingit. Calidus certe ex percalefacto malo et exusto, attenuatoque ac debili, neque admodum multo secernitur, eumque ex corpore calidior excerni, necesse est; frigidus autem ex malo copiosiore secretus, ex eoque, quod remanet, adhuc invalescente, necdum putrefacto, neque attenuato, neque exusto, frigidior, crassior et graveolentior prodit. Quod inde manifestum fit. Qui frigidum sudorem emittunt, plerumque longis morbis conflictantur, invalescente malo, quod in corpore remanet. Qui vero calidum sudorem emittunt, celerius morbis defunguntur.

CAPUT XI. — Pleuritis ac peripneumonia, cum sputo, ac sine sputo, ortus, causæ, partes affectæ, curatio; qui pleuriticus, qui peripneumonici intereant, aut salvi, aut suppurati evadant.

At vero morbus lateralis, et pulmonum inflammatio, ad hunc modum oriuntur. Lateris quidem morbus, qui pleuritis dicitur, cum cumulata et valida potione admodum occuparint. Ex vino enim incallescit totum corpus, et humectatur, potissimum vero bilis et pituita. Quibus sane agitatæ et humectatæ temulentum sive sobrium rigore corripitur continget, præsertim cum latus ex reliquo corpore præcipue natura carne nudatum sit, neque quidquam intus habeat, quod renitatur, præter ventriculum; ideoque maxime rigorem sentit. Cumque rigorem et perfrigerationem senserit, tum caro, quæ est in latere, tum venulæ contrahuntur et

24. (*Des sueurs.*) Les sueurs viennent ensuite, parce que dans les maladies qui ont des jours critiques, auxquels elles sont jugées, le chaud s'apaise après que la bile et la pituite, mêlées au sang, sont atténuées. La portion la plus légère s'en sépare, et est poussée au dehors. Une partie reste dans le corps; mais les parties divisées par la chaleur sortent en vapeurs, et font ce qu'on appelle les sueurs. Elles sont tantôt chaudes, tantôt froides. Les chaudes sont formées de ce qu'il y a de vicié, qui a été échauffé et brûlé, qui se sépare promptement, qui est faible, et qui doit nécessairement être mis hors du corps, comme étant trop chaud. Les froides proviennent de ce qu'il y a encore de plus vicié, qui résiste ayant encore de la force, qui n'est ni dénaturé, ni brûlé, ni atténué, qui sort avec sa froideur, étant encore épais, et de mauvais caractère. On le voit manifestement, en ce que les maladies de ceux qui ont des sueurs froides sont ordinairement longues; car il en reste toujours dans le corps une partie qui conserve ses mauvaises qualités avec toute leur force; mais quand on a des sueurs chaudes, on est bientôt guéri.

25. (*Comment se forme la pleurésie.*) La pleurésie et la péripneumonie se forment de la manière suivante. Commençons par la pleurésie. Quand on prend abondamment des boissons fortes, telles que le vin, le corps est échauffé et humecté; la bile et la pituite en sont particulièrement échauffées et humectées; comme elles sont mises en mouvement, et qu'elles se trouvent délayées, la plèvre doit nécessairement en ressentir du froid, parce qu'elle est une des parties du corps la moins charnue, qu'elle est cave, et qu'elle n'a rien à l'intérieur sur quoi elle s'appuie immédiatement. Atteinte du froid, elle perd sa chaleur, elle se contracte, et ses chairs sont tiraillées, ainsi que les veines. Ce qu'il y a de bile ou de pituite, tant dans ses chairs que dans ses veines, se porte en entier, ou en grande partie, vers le chaud des muscles superposés extérieurement, desquels les chairs sont denses et adhérentes à la plèvre; cela y excite une vive douleur, avec de la chaleur, qui, en conséquence, attire à cet endroit la bile et la pituite des chairs et des veines voisines. Telle est la manière dont se fait la pleurésie. Lorsque les humeurs qui se sont portées à la plèvre se convertissent en crachats purulents, et qu'on les expectore, c'est la guérison: mais si à une forte fluxion d'humours vers la plèvre, et préparée de longue main, il s'y en joint d'autres qui ne

convelluntur, et quidquid in ipsa carne, aut in ejus venulis, bilis et pituitæ inest, id magna ex parte, aut totum, intro ad caliditatem propulsum, carne extra condensata, secernitur, et ad latus impingitur, doloremque vehementem excitat, et incalescit, propterque calorem ad se ex proximis venis, et carnibus, pituitam et bilem trahit. Id igitur hoc modo contingit. Cum vero, quæ ad latus impacta sunt, putruerint, et per sputum reddita fuerint, convalescunt. Quod si et antiquum multum ad latus impingatur, et aliud insuper accedat, statim moriuntur, cum salivæ copiam exspuere nequeant, aut purulenti evadunt, et alii quidem intereunt, alii vero evadunt. Hæc autem septem, aut novem, aut undecim, aut quatuordecim diebus, de se significationem exhibent, doloremque ad humerum et jugulum, hanc ob causam excitant.

Vena, quæ splenitis nominatur, a liene ad latus fertur, ex latere vero ad humerum et ad manum sinistram; jecoraria autem in dextram partem ad eundem modum. Cumque ejus pars, quæ in latere est, a rigore contracta fuerit, sanguisque, qui in ea continetur, inhorruerit, alam, et jugulum, humerumque petit, et convellit, et dolore afficit. Ad eandem quoque rationem loca, quæ circa dorsum sunt, incalescunt, ab impacto lateri pituitæ et bilis humore, et lateris locis inferioribus quandoque dolorem exhibet, et plerumque, si ad inferiores partes convertatur, dolorem per venulas ad vesicam transmittit, copiosaque et biliosa urina redditur, hujusque morbi causam et principium rigorem esse, existimant.

At vero pulmonis inflammatio fit, cum commotam, et humectatam pituitam et bilem, propter calorem ex vicinis locis, pulmo ad se traxerit, super ea, quæ jam in ipso existunt. Totum quidem corpus percalefacit, doloremque præcipue dorso, lateribus, humeris, ac spinæ exhibet, cum mirum ab his plurimam ad se humiditatem atrahat, hæque partes supra modum resiccantur, nimiumque incalescant. Cum vero ad se traxerit, tumque bilis, tum pituita sedem in pulmone fixerit, putrescit, et in pus vertitur. Et si quidem præcipuis ad judicationem diebus putrefacta per sputum reddita fuerint, superstes evadit æger. Si vero susceperit, quæ per initia obvenerunt, aliaque præterea accesserint, et neque putrefacta per sputum rejiciantur, præ copia supervenientium plerumque hi moriuntur.

discontinuent pas, on meurt bientôt faute de pouvoir expectorer une si grande abondance de matières; ou bien il se fait une suppuration interne, dont les uns meurent, d'autres en reviennent. Elle se manifeste le septième jour ou le neuvième, ou le dixième, ou le quatorzième, en ce qu'on sent des douleurs à l'épaule, à la clavicule et sous les aisselles. La veine nommée splénique va de la rate à la plèvre, de la plèvre à l'épaule et au bras gauche; celle qu'on nomme hépatique se porte de même au bras droit. Lors donc que ces veines se contractent dans la plèvre, à raison du froid, et que le sang qui y est contenu, frissonne, il se porte aux épaules, à la clavicule, sous les aisselles; il y occasionne des tiraillements et des douleurs. L'épine du dos s'échauffe aussi à raison des humeurs bilieuses et pituiteuses qui s'attachent et se collent à la plèvre en cet endroit. On sent quelquefois des douleurs dans les parties inférieures de la plèvre; elles se portent plus ordinairement vers le haut; on en éprouve encore à la vessie par la communication des veines, et on rend une abondance d'urines bilieuses. L'on croit généralement que le froid est la cause et le principe des pleurésies.

26. (*Péripneumonie.*) La péripneumonie a lieu quand le poumon échauffé attire à lui, des parties voisines, la pituite et la bile mises en mouvement. Tout le corps s'échauffe; on sent des douleurs, principalement sous les côtes, au dos, à l'épine, dans tous les lieux où il y a le plus de sécheresse, de chaleur, et où les humeurs se portent en plus grande abondance. Après que les poumons les ont attirées, et qu'elles s'y sont fixées, la bile et la pituite s'y pourrissent et y sont changées en une matière purulente. Si on la rend aux jours critiques par la voie des crachats, on guérit. Si, à celle qui y arrive d'abord, il s'en joint d'autre qu'on ne puisse ni cracher ni mettre en coction, l'on périt ordinairement suffoqué par son abondance. Quand l'on vit jusqu'au vingt-deuxième jour, et que la chaleur diminue, si durant ce temps-là on ne s'en est point dégagé par les crachats, il s'établit une suppuration interne: accident qui arrive à ceux dont la pleurésie ou la péripneumonie a été fort violente.

27. (*Pleurésie et péripneumonie sèches.*) La pleurésie et la péripneumonie sont quelquefois sans crachats; l'une et l'autre pour la même cause: c'est la sécheresse. Le chaud devient sec par excès de chaleur, le froid aussi par excès de froid. La plèvre alors se durcit, ses veines se

Quod si ad duos et viginti dies perveniant, febrisque dimittat, neque in his per sputum repurgati fuerint, purulenti evadunt. At vero ex his maxime, quibus vehementissimus laterum morbus, aut pulmonis inflammatio contingit.

Pulmonis autem inflammatio, et morbus lateralis sine sputo, ambo ex eadem causa, ex siccitate contingunt. Siccant vero calida etiam, ubi supra modum calefaciunt, et frigida quoque si supra modum refrigerant. Induratur autem latus et convellitur, quæque in eo insunt, venulæ, et quantum in eo est pituitæ et bilis, id a caliditate intus crescit, doloremque infert, et ex dolore febrem. Huic confert, venam pertundere in brachio, splenitidem appellatam, aut jecorariam, ad utram sane morbus vergit. Sicque lateris et aliarum partium dolor levior contingit. Vena enim, quidquid in ea inest pituitæ et bilis, et sanguinis morborum, una cum his, magna ex parte foras emittit. Pars vero ex carne per medicamenta et potiones diffunditur, et per calefactoria extrinsecus admota, adeo ut morbus per totum corpus spargatur. Et hic morbus lateralis sine sputo appellatur, pulmonis vero inflammatio, cum ipse etiam pulmo supra modum exsiccat, cumque quod in eo bilis aut pituitæ inest, neque æqualiter putrefacit, neque per salivam sursum rejicit, et quidquid in eo est humiditatis, aut ex potione, aut sorbitione, aut ex proximis locis, id totum nimia siccitate et caliditate exurit. Huic confert, potiones bibere, ex quibus pulmo humectatur et expuit. Nisi enim expuit, et durior pulmo evadit, simulque arescit, et hominem perimit.

CAPUT XII. — Febris ardentis subjectum, ortus, insultus, causæ, symptomata, in peripneumoniam transitus, perniciæ; de phrenitide et melancholia; a sanguine prudentia, a bile delirium.

At vero febris ardens fere biliososprehendit, corripit etiam pituitosos, hoc modo: ubi bilis toto corpore commota fuerit, et forte evenerit, ut venæ et sanguis magnam bilis copiam ex carnibus, et ventriculo trahant; qui vero prius inest, utpote natura calidissimus in corpore sanguis existens, cum ex carnibus et ventriculo incaluerit, supra eum, qui jam inest, amplius adhuc a bile, reliquum etiam omne corpus calefacit. Et quædam quidem partes ob copiosam humiditatem penitus resiccati nequeunt. Quod si re-

resserrent; ce qui s'y trouve de bile et de pituite étant renfermé avec une chaleur ardente, y occasionne des douleurs et la fièvre. On soulage le malade en saignant au bras, de la veine splénique ou de l'hépatique, suivant le côté qui se trouve affecté. On calme par ce moyen les douleurs qui se font sentir au côté et ailleurs. La veine ouverte donne, avec le sang vicié, une grande partie de ce qu'elle renfermait de bile et de pituite. On fond, au moyen des boissons, des remèdes, des fomentations humides, ce qui est contenu dans les chairs; on pousse dans tout le corps ce qui reste de morbifique. Tel est l'état de la pleurésie quand on dit qu'elle est sans crachats. La péripneumonie est sèche, quand le poumon se trouve dans un excès de sécheresse, et que la bile et la pituite n'y peuvent subir une coction douce, qu'il ne se forme point de salive de crachat, et que tout ce qui arrive d'humeurs, soit des parties voisines, soit par l'effet des boissons ou de la tisane crémée, est vite consumé par le feu et par la sécheresse extrêmes. On doit, dans ce cas, user d'une grande quantité de boisson propre à humecter le poumon, et à faciliter le crachement; car, si on ne parvient à cracher, le poumon se durcit, se dessèche; on meurt.

28. (Fièvre ardente.) La fièvre ardente attaque les bilieux; elle prend aussi les pituiteux. Voici comment elle arrive. Quand la bile est en mouvement dans le corps, et que les veines et le sang l'attirent tant des chairs que des cavités, le sang naturellement chaud, car il est la plus chaude de toutes les humeurs, s'échauffe encore davantage par l'altération que le mélange de la bile y excite, venant des chairs et des cavités. Tout le corps s'échauffe donc. Il ne se fait cependant pas un dessèchement universel, à raison de la grande quantité d'humeurs: s'il se faisait de suite, l'homme mourrait sur-le-champ. Les parties des extrémités, étant d'une nature plus sèche, se dessèchent; la plus grande partie de leur humidité est consumée: aussi, en les touchant, les trouve-t-on froides et sèches. Voilà pourquoi, dans la fièvre ardente, on a quelquefois l'intérieur brûlant, l'extérieur froid (1). La langue et le pharynx deviennent âpres, à raison du souffle et de la chaleur interne qui les brûle. S'il se trouve de la bile dans le ventre et

(1) C'est le cas de la fièvre qu'ils nommaient lypirie.

siccata fuerint, homo perit. Quædam vero in summis corporis partibus, cum natura sicca sint, resiccantur, plurimumque ex ipsis humidum exurit; quas si attingere velis, frigiditas ipsas et siccitas comperias. Eamque ob causam, qui febre ardente corripiuntur, internis quidem partibus a febre uruntur, externis vero frigidi sunt, linguaque et fauces ex interno spiritu, et caliditate exasperantur et arefiunt. Quidquid autem bilis in ventriculo et vesica gignitur, quod quidem in ventriculo est, interdum quidem per inferiora exturbatur, plerumque vero primis diebus, aut quatuor, aut quinque hanc ob causam evomitur. Cum superior ventriculus supra modum incaluerit, ad se trahit, et vomitus excitatur. Eamque ipsam ob causam ex febre ardente et morbo laterali in pulmonis inflammationem potissimum morbi transeunt.

Ubi enim superior ventriculus supra modum incaluerit, ad se trahit, pulmoque excipit, fitque pulmonis inflammatio, ac plerumque pereunt, cum nimirum debiles existant, alioque suborto novo morbo dies superare nequeunt, dum sputum in pulmone concoctum fuerit, sed ut plurimum debilitate pereunt, quidam vero supersunt. Quibus autem ad vesicam bilis aliquid confluit, iis urina crassa, idque a pituita, redditur, biliosum vero deorsum secedit, eo, quod exusta sunt, quæ in ventre insunt.

Phrenitis autem (quæ est perpetuum cum febre delirium), ad hunc se habet modum. Sanguis, qui in homine existit, magnam partem ad prudentiam confert; ut quidam vero dicunt, totam. Ubi igitur bilis commota venas et sanguinem subierit, ex solita compage et motione sanguinem dimovet, et sero diluit, et percalefacit. Qui percalefactus totum etiam reliquum corpus calefacit, et homini mens alienatur, neque apud se est, propter febris copiam, et sanguinem non consuetam dilutionem et agitationem.

Qui vero phrenitide detinentur, quod ad mentis alienationem, his, qui atra bile laborant, sunt assimilés. Atra enim bile vexati, cum a bile et pituita sanguis corruptus fuerit, morbo corripiuntur, et mente alienantur, quidam etiam insanunt. Et in phrenitide similiter contingit. Quo vero bilis pituita est imbecillior, eo minor tum insania, tum mentis alienatio contingit.

CAPUT XIII. — Unde subcreutum, et lividum sputum in pleuritide ac peri-

dans la vessie, celle qui est dans le ventre s'agite, et sort quelquefois par le bas : on en vomit aussi beaucoup dans les quatre ou cinq premiers jours. Le vomissement de bile arrive quand la cavité supérieure, excessivement échauffée, l'attire à elle. De là vient aussi que la fièvre ardente engendre souvent la péripneumonie et la pleurésie; car, lorsque la cavité de la poitrine, excessivement échauffée, attire la bile, et que le poumon la reçoit, il se forme une péripneumonie; on en meurt communément, à raison de la faiblesse où l'on se trouve. On ne peut pas soutenir la nouvelle maladie, à son arrivée, pendant autant de jours qu'il en faut pour opérer la coction des crachats dans le poumon; on périt donc de faiblesse. Quelques-uns cependant se sauvent. Quant à la bile qui se porte vers la vessie, on la rend; elle sort avec les urines. On les rend épaisses, à raison de la pituite; bilieuses, à raison de la bile. Toutes les humeurs qui sont dans le ventre y subsistent un feu brûlant.

29. (*Frénésie.*) Quant à la frénésie, voici comment elle s'engendre. Le sang est ce qui, dans l'homme, influe sur l'entendement; certains prétendent même qu'il en est le principe. Lors donc que la bile en mouvement se porte dans les veines, où elle altère la constitution et le mouvement du sang, elle y excite de la chaleur. Le sang se trouvant fort échauffé, tout le corps le devient aussi, et la raison se perd : le malade est mis hors de lui-même par la violence de la chaleur de la fièvre, par celle du sang dont le mouvement impétueux est fort au-delà de son état ordinaire. Les personnes atteintes de la frénésie sont, à beaucoup d'égards, dans la même situation que les mélancoliques, quant à la connaissance. Ceux que l'atrabile tourmente tombent dans des maladies toutes les fois que le sang est surmonté par la bile et par la pituite; ils perdent alors la connaissance; ils deviennent maniaques : il en est ainsi des frénétiques. La manie et les délires sont d'autant moins violents que la bile et la pituite se trouvent plus faibles.

30. (*Cause de la diversité des crachats dans la pleurésie et dans la péripneumonie.*) Les crachats, dans la pleurésie et dans la péripneumonie, deviennent livides et sanguinolents, de la manière que voici : ils ne sont ni l'un ni l'autre dans le commencement; ils le deviennent quand la maladie est violente. Lorsqu'on commence à cracher des matières un peu

pneumonia; et qui et unde ex his morbis, ut et febre ardente, et phrenitide intereant.

At in morbo laterali, et pulmonis inflammatione, hanc ob causam subcruentum et lividum sputum exspuunt. Per exordia quidem sæpe neutrum exspuunt, neque lividum, neque subcruentum. Nosse autem oportet, morbum vehementem existere. Ubi vero sputum aliquantum crassum spuere cœperint, tum præcipue purgantur. Exspuitur autem ex venarum distensione, in morbo laterali quidem, ex his, quæ sunt in latere, in pulmonis vero inflammatione, ex his, quæ sunt in pulmone, qui caliditatem ad sese trahit. Quod si ægro abscessus intro ruptus fuerit, et purulentus ille evadat, statim primo die sanguinem, et pus subcruentum et lividum, cum saliva exspuit. Lividum autem a sanguine evadit, si pauci sanguinis ad multam salivam commixtio fiat, neque confestim spæatur, sed aliquandiu intus remaneat semiputrefactum, et in corpore effeminatum.

Ex morbo autem laterali intereunt, cum circa exordia copiosa quidem pituita et bilis ad latus impacta fuerit, multaque ex reliquo corpore præterea affluerit, quæ neque spuendo, propter copiam, neque putrefaciendo, superari possit. Arteriæ autem implentur ab his, quæ intus sunt, pituita et pure, ob idque sterlit, crebroque inde respirat, ad extremum autem omnia occluduntur, et interit. Ad eundem etiam modum ex pulmonis inflammatione pereunt.

At vero, qui ex febre ardente intereunt, omnes ex siccitate intereunt. Primum quidem extremæ eorum partes, pedes et manus, resiccantur, deinde vero sicciore. Cum autem penitus corporis humor exustus et resiccatus fuerit, sanguis quidem penitus concrevit, et perfrigescit, reliquum vero corpus resiccatur, eoque modo interit.

Ex phrenitide vero ita perit. In hoc morbo perpetuo delirio urgentur, cum nimirum sanguis corruptus, et extra solitam agitationem motus sit, cumque desipiant, neque quidquam effatu dignum eorum, quæ offeruntur, suscipiunt. Procedente vero tempore marcescunt et consumuntur, tum a febre, tum quod nihil nutriantur. Ac primum quidem extremæ partes imminuuntur et perfrigerantur, deinde etiam proximæ. At frigoris, et febris, et dolorum hoc habet principium. Cum sanguis, qui in venis est, a

Carnes excoctæ et assatæ, imbecilles quidem utraq̃ue ad robur firmandum. Ad alvi secessum excoctæ quidem accommodatæ, assæ vero tardiores. Quæ autem moderatam et coctionem et assationem habent, eæ et ad robur, et ad alvi secessionem moderate se habent. Crudiores vero ad robur quidem accommodatæ, ad secessum vero minime.

CAPUT XIV. — De usu cibi et potus salubri, et insalubri; de victu exsiccante, humectante, roborante, et reficiente; de cibis imbecillis et robustis, levibus, et gravibus; ac de differentiis panis, carniū, ac piscium.

Ex cibis ac potibus, qui corpori maxime conveniunt, et maxime sufficiunt, et ad nutritionem et ad sanitatem, ex his ipsis, cum quis non opportune, aut justo pluribus utatur, tum morbi, tum ex morbis mortes contingunt. Reliqui autem cibi ac potus, qui ejusmodi facultatem non habent, parum quidem juvant, etiamsi quis his opportune utatur, parum vero etiam nocent. Imbecilli autem in utramque partem vergunt, ut et boni aliquid, et mali faciant. At cibi et potus, qui hanc vim habent, hi sunt: panis, maza, carnes, pisces, vinum, et ex his quidem alii magis, alii minus.

Qui siccam victus rationem instituunt, his cum cibo potum ne exhibeto, sed longo post cibum intervallo. Et ad hunc quidem modum siccus humor ex cibis siccis proveniens corpus siccatur. Si vero una cum cibo bibat, alimentum humidius redditum corpus humidius facit.

Panis calidus, et carnes calidæ, si per

tinent davantage; elles ne passent pas aussi facilement. — Les boissons et les aliments les plus salubres, ceux qui sont les plus propres à la nourriture du corps et au maintien de la santé, peuvent engendrer des maladies qui finissent par la mort, quand on en use mal à propos ou avec excès. Les autres qui ne possèdent point ces qualités peuvent faire du bien, étant pris sobrement et à propos; mais la petite quantité même en peut aussi nuire quelquefois. Les aliments et les boissons qui n'ont pas de vertu bien décidée peuvent et faire du mal et faire du bien. De ce nombre sont le pain, le gâteau, la viande, le poisson, le vin. Encore les uns ont-ils des vertus que les autres n'ont point.

45. (*Régime desséchant.*) Quand on veut suivre un régime qui dessèche, on ne doit point boire durant le repas, mais long-temps après. Par ce moyen, le suc des aliments desséchants conserve sa qualité dans la nutrition. Si l'on boit en mangeant, on humecte le corps par une nourriture qui est trop abreuvée. Le pain chaud, les viandes mangées chaudes dessèchent. Si on boit en les mangeant ou d'abord après, et s'il y des sauces, elles ne dessèchent point.

46. (*Effets de quelques espèces de pain de gâteaux.*) Le pain fait avec la fleur de la farine de froment est plus propre à rétablir les forces des convalescents que celui où il entre du son, que le pain bis dont la farine n'a pas été tamisée. La farine d'orge dépouillé de son écorce au pilon est plus fortifiante que celle dont l'orge a perdu son écorce en le faisant trerper; la nouvelle est plus fortifiante aussi que la vieille: les gâteaux qu'on en fait sont plus fortifiants quand la pâte est levée que lorsqu'elle ne l'est point.

47. (*Du vin tiré au clair.*) Le vin qu'on tire au clair, qu'on passe à la chausse, qu'on met à rafraîchir, devient plus léger et perd de sa force.

48. (*Du rôti, du bouilli, du salé et du mariné.*) On rend les chairs bouillies plus faibles en les faisant bouillir plus de temps: le rôti est moins fortifiant quand il est plus cuit. Les viandes gardées au vinaigre et au sel sont moins fortifiantes que quand elles sont fraîches.

49. (*Des effets des aliments légers, et des aliments forts.*) Les aliments légers et peu nourrissants n'incommodent ni l'estomac, ni le corps; parce qu'ils ne font point de gonflements en s'échauffant, ils passent sans peine, et après qu'ils sont digérés, les excréments s'en rendent bientôt: mais leurs sucs sont de petite efficacité pour le corps, ils n'en favorisent point l'accroissement, ni ne lui

se edantur, siccant. Quod si cum humore aut confestim a cibo insuper potum exhibueris, non siccant. Panis purus ex farinis ad robur et virium refectionem magis confert, quam qui non est incerniculo perpuratus, et recens, quam hesternus, et ex farinis recentibus, quam ex vetustissimis. Polenta ex hordeo decorticato, et circum affusa aqua resperso, valentior est, quam ex macerato, et recens, quam vetustior, et maza longe ante subacta validior est, quam non longe ante subacta. Vinum diffusum, et refrigeratum, ac percolatum, tenuius redditur, et imbecillius. Carnes coactæ, percoctæ quidem, imbecilliores sunt, et leviores, assæ vero, si exassatæ fuerint, et veteres sale et aceto conditæ, recentibus imbecilliores sunt, et leviores.

Imbecilles cibi et leves neque ventriculum quidem, neque corpus molestia afficiunt, quia calefacti non intumescunt, neque implent, sed cito emolliuntur, et cocti per alvum secedunt. Humor autem ab ipsis corpori debilis provenit, neque auget, neque vires effatu dignas exhibet. Valentiores autem cibi, cum ventriculum subierint, tum intumescunt, tum plenitudinem excitant, et tardius quidem concoquantur, neque per alvum secedunt, humor autem, ab ipsis valentior et incorruptus proveniens, robur multum corpori et incrementum præbet.

Carnes corpori levissimæ, catulinæ, volucrum, et leporinæ coctæ, graves vero bubulæ, et porcinae moderatiores, coctæ autem, et assæ ad flatum accommodatæ. Bene valentibus et imbecillis, ovillæ. Suillæ vero et ad bonam quidem corporis habitudinem et robur laborantibus et exercitatis bene conveniunt, imbecillis vero et privatis valentiores. Et ferinæ cicuralis leviores sunt, quoniam non similes fructus edunt. Pecorum autem carnes differunt, et eorum, quæ fruges edunt, et eorum, quæ non edunt. Neque fruges idem in omnibus faciunt, sed quædam densam et robustam victimæ carnem reddunt, quædam vero, tum raram, tum humidam et imbecillam.

Ut omnia comprehendam, pisces et cocti, ipsique per se et cum ceteris cibis sumti, leve sunt edulium. Ipsi vero inter se sic differunt. Et lacustres quidem, et pingues, et fluviatiles graviore sunt. Littorales vero marini leviores, percoc-tique assatis leviores.

Ex his cibis cum aliquem reficere volles, valentes dato; leves vero, cum gracilem et tenuem reddere opus sit.

donnent de forces. Les aliments forts se gonflent dans le ventre, ils y font de la plénitude: la digestion en est plus lente. Leur suc, lorsqu'il est pur, est plus fort, il donne au corps de l'accroissement et de la vigueur.

50. (*Des effets de diverses espèces de viandes.*) La viande la plus légère est celle des chiens, de la volaille, de lièvre bouillie. Le bœuf est pesant. Le cochon est entre deux; mais il est venteux, soit bouilli, soit rôti. Le mouton est bon pour les tempéraments faibles, et pour les vigoureux. Le cochon s'emploie avantagement pour les gens bien portants, vigoureux, qui prennent de la peine, qui font beaucoup d'exercice. Il est trop fort pour les gens faibles, pour ceux qui mènent une vie peu laborieuse. La vénerie est plus légère que la viande des animaux domestiques, parce que ceux-ci et le gibier usent de manière de vivre fort différentes. La chair des troupeaux diffère suivant les plantes dont ils vivent. On le voit dans les victimes, les chairs en sont, les unes fortes et denses, les autres molles, poreuses, abreuvées.

51. (*Des poissons.*) J'ajouterai, pour ne rien omettre, que les poissons bouillis ou grillés donnent une nourriture légère, soit qu'on les mange seuls, ou avec autre chose; il y a cependant entre eux quelques différences. Les poissons d'étang, ceux mêmes parmi les poissons de rivière qui sont gras, sont moins légers. Ceux de mer sont plus légers, notamment ceux qui vivent près des rivages. Quand ils ont bien bouilli, ils le sont plus que lorsqu'ils sont cuits sur le gril ou à la broche. On les donne de cette première manière, lorsqu'on veut fortifier. L'on emploie les plus légers lorsqu'il s'agit d'amaigrir et d'atténuer le corps.

52. (*Des bains chauds.*) Le bain chaud, s'il l'est modérément, assouplit le corps, et lui donne de l'accroissement. Quand il l'est trop, il humecte les parties sèches, mais il dessèche celles qui sont humides: en humectant les parties sèches, il affaiblit et il cause des défaillances; en desséchant les parties humides, il produit de la sécheresse, de la soif.

53. (*De divers végétaux.*) Parmi les herbes potagères, l'ail, ou bouilli, ou cuit à la braise, est diurétique, laxatif, emménagogue. Les oignons sont diurétiques; leur suc est agaçant et laxatif. On s'en sert utilement, mais non pour les tempéraments faibles. L'ache (1) est diu-

(1) L'ache, σέλινον que j'ai constam-

CAPUT XV. — De balnei usu, et quorundam olerum facultatibus, calidis, frigidis, humidis, siccis; de urinas, dejectiones, et menstrua cientibus; de adstringentibus, stomachicis, reficientibus, et attenuantibus.

Balneum calidum, moderatum quidem corpus emollit et auget, quod vero tempestivum modum excedit, siccas quidem corporis partes madefacit, humidās autem resiccat. Et sicca quidem humectata imbecillitate et animi deliquium inducunt; humidæ vero exsiccata, siccitatem et sitim.

Ex oleribus allia, cocta et assata, et urinam promovent, et per alvum secedunt, et ad menstrua muliebria conferunt. Cepæ, ad urinam accommodatæ, succus enim acrimoniam quandam excitat, adeo, ut per alvum demittatur. Quibus sic utitor, ut ne tamen imbecillitas exhibeas. Apium, et coctum, et crudum, urinam cient, ac palustre magis, quam sativum, quod etiam facultatem habet majorem. Coriandrum, tum coctum, tum crudum, ori ventriculi gratum est, et alvum movet. Ocimum humidum et frigidum est, orique ventriculi gratum. Porra cocta quidem urinam et alvum movent, cruda vero incendium et inflammationem excitant. Malum punicum vires reficit, et pituitosum est, et cum nucleo quidem alvum firmat, citra nucleum vero movet.

Cibi calidi, sicci quidem sistunt, quod enim in ventre est, humidum, resiccant, humidī vero et caliditate madefacientes subducunt. Acerba corpus siccant et cogunt, vimque sistendi habent. Acida extenuant et morsum faciunt. Salsa alvum et urinam cient. Pinguia et unguinosa, ac dulcia, humiditatem quidem ac pituitam excitant.

Vires reficiunt cucurbita, beta, bilitum, et rumex, et humiditate alvum dejiunt. Brassica vero acrimoniam quandam habet, qua alvum movet, simulque boni succi est. Caseus et sesama, et uva passa, vires reficiunt et pituitosa sunt.

Vina dulcia et mellis colorem referentia, utraque et vires reficiunt, et urinas cient, et pituitosa sunt. Austera vero ad robur et siccitatem accommodata. Urinam vero provocant etiam austera vestusta, alba et tenuia. Oleum, et quæ oleosa, vires reficiunt, et pituitosa sunt.

Ex oleribus coctis per alvum secedunt, quæ natura sunt humidissima, aut acerrima, aut caliditatem habent. Danda au-

rétique tant crue que cuite : l'aquatique l'est plus que celle qu'on cultive ; elle a plus d'efficacité. La coriandre cuite et crue est cardiaque et laxative. Le basilic humecte, rafraîchit, est cardiaque. Les porreaux cuits sont diurétiques et laxatifs : crus, ils sont chauds et pituitieux. Les grenades restaurent, et sont pituiteuses : si l'on avale les pepins, ils serrent ; le suc sans pepins lâche le ventre.

54. (*Effets des aliments chauds, des astringents, des choses grasses.*) Les aliments pris chauds, s'ils sont secs, serrent le ventre ; s'ils sont humides ; leur humidité jointe à la chaleur les rend laxatifs. Les astringents dessèchent le corps, et en condensent les chairs ; ils serrent le ventre, et ils font couler les urines. Les choses grasses, onctueuses, douces, donnent des humeurs et de la pituite.

55. (*Autres généralités sur quelques aliments et boissons.*) La courge est analeptique ; les blettes aussi, et les bettes et l'oseille. Elles sont encore laxatives, à raison de leur humidité. Le chou a quelque chose d'agaçant ; il est laxatif, et son jus est sain. Le fromage, le sésame, les raisins secs, sont analeptiques et laxatifs. Le vin doux et le vin miellé sont analeptiques, diurétiques, pituitieux, les vins âpres ont la propriété de fortifier et de sécher. Le vin âpre, vieux, est diurétique, quand il est blanc et bien dépouillé. L'huile et tous les huileux sont analeptiques et pituitieux. Tous les légumes cuits, qui de leur nature sont très-humides, qui ont quelque âpreté, ou de la chaleur, sont laxatifs. Pour les faire pousser par les selles, il faut les manger chauds, et bien macérés. Les concombres, les melons sont diurétiques, laxatifs et légers. Il y en a une espèce qui est froide, et qui apaise la soif ; ils sont très-peu nourrissants, point mal sains ou très-peu. Le miel mêlé avec les autres aliments, nourrit et donne une bonne couleur ; pris seul, il amaigrit plus qu'il ne nourrit, parce qu'il pousse fortement par les selles et par les urines : or, tous les diurétiques prennent vite de la chaleur dans le ventre ; et devenus chauds, ils fondent et amaigrissent le corps ; voilà pourquoi ils poussent facilement par les selles ; mais les aliments qui resserrent prennent en s'échauffant une chaleur desséchante, qui condense, de manière

ment traduit par l'ache, et que je traduis encore de même, me paraît ici pouvoir être le persil (voy. la note mise au n° 19, du second livre du Traité du régime).

tem hæc , ut ad secessum conferant, tepidiora et coctione maxime emollita. Cucumis pepo et urinum et alvum movet, ac levis est. Alter autem pepo refrigerationem quandam inducit, et sitim sedat. Ab horum neutro nutritio non nisi tenuis quædam procedit, sed neque malum aliquod effatu dignum ab horum neutro.

Mel, cum cæteris sumtum, et nutrit, et coloris bonitatem facit, per se autem magis attenuat, quam vires reficit. Nam et per urinas fertur, et supra modum expurgatur.

Quæ urinam, movent calefacta in ventre cito calefiunt, et calefacta marcescunt et contabescunt, ideoque celerem habent per alvum dejectionem.

Cibi ventrem morantes, et calefiunt, citoque calefacti resiccantur, et in se coeunt, ideoque circumcirca obdurati per alvum minime secedunt.

Quæ per alvum secedunt, succi plena sunt, et natura calida; quæ vero urinam sicca et frigida.

CAPUT XVI. — De frumenti et vini differentiis; de cibis robustis ac imbecillis; in morbis consuetum panem exhibendum; vomitum a cibo aut potu uberiore conferre; poma et nuces post cibum obesce. Quod vinum nocumenta a cibo et potu illata emendet; cur alvus perturbetur, sistatur, deiciat. Quæ cibaria imbecilla. Quando cibi sint febre laborantes; quando vinum et mel sint optima; sanorum victum ægris valentior esse.

Fruentum et vinum suapte natura, tum robore et imbecillitate, tum levitate et gravitate inter se differunt. Differt etiam locus a loco, ex quo ista proveniunt, aquisne irrigetur, an aquis careat, et soline sit probe expositus, an multum opacus, et bonus, an malus, ita, ut hæc omnia ad singulorum ciborum, tum robur, tum imbecillitatem conferre videantur.

Qui sanitatis tempore panem edere consueverunt, his etiam per morbos dandus est. Cum quis cibos aut potiones plures solito sumserit, nisi, ut solet, perfererit, statim vomitione rejicere optimum.

Fructus autumnales et arborei ideo post cibum, et bene valent, et debili, plus molestiæ exhibent, quod ejus quidem, qui cibum sumsit, corpus, ad ipsos humores trahit; sin vero jejunos comederit, plures. Cibi, qui aut flatum, aut

qu'ils durcissent, et ne passent pas vite par les selles. Ceux qui lâchent le ventre sont juteux et d'une nature chaude. Les diurétiques sont secs et froids.

56. (*La nature du sol influe sur la qualité des aliments, et des boissons, qui en proviennent.*) Les aliments et les vins sont plus ou moins forts, plus ou moins légers, à raison du lieu dont ils proviennent, suivant qu'il est sec et humide, bien exposé au soleil ou ombragé, suivant encore que la terre en est bonne ou mauvaise. Tout cela concourt à augmenter ou diminuer leurs qualités.

57. (*Continuation de généralités sur le régime, avec des conseils sur les moyens de prévenir les suites des fautes qui y ont été commises.*) Ceux qui sont accoutumés à manger en santé du pain doivent en manger dans la maladie.

58. Quand on a mangé ou bu plus qu'à l'ordinaire, si la digestion ne se fait pas comme de coutume, il faut vomir aussitôt.

59. Les fruits, tant des plantes que des arbres, qu'on prend après le repas, incommode (1) les gens qui ont bonne santé, tout comme ceux d'un tempérament faible, parce que le corps en prend l'eau qui y est contenue en grande quantité; ils sont encore moins sains quand on les mange à jeun. Lorsque les aliments donnent des vents, de la chaleur, des picotements, de la plénitude, des tranchées, on s'en délivre en buvant du vin par-dessus. Le corps, réchauffé par le vin, détruit, au moyen de la chaleur, ce qui l'incommode dans les aliments.

60. Souvent les aliments, les boissons et autres choses parcellées mettent du trouble dans le ventre; quelquefois il en est constipé; d'autrefois il se vide plus qu'il ne faut. En voici la raison. D'abord les aliments se corrompent dans le ventre, quand il se trouve trop humide ou trop sec en les recevant; et aussi quand il éprouve de grands changements du froid au chaud, ou du chaud au froid. Il en résulte donc nécessairement que le ventre devient ou trop lâche ou trop serré.

(1) Beaucoup de médecins pensent sur l'usage des fruits tout autrement que l'auteur de ce Traité.

ardorem, aut morsum, aut repletionem excitant, aut tormina, ab ejusmodi liberat vinum merum superbibitum. Corpus enim vino calefactum calore eximit ea, quæ a cibus et potibus, ac similibus insunt. Interdum quidem alvus perturbatur; interdum vero sistitur; interdum etiam pro ratione dejectit. Cum autem hæc ita se habeant, primum quidem cum alvus humidior, cumque siccior cibum susceperit, hunc corrumpit; deinde cum mutatio contigerit, sive ex frigore ad caliditatem, sive ex caliditate ad frigus, idem corrumpit, adeo, ut alvum ab iisdem cibus propter hæc ipsa molliorem et duriorum fieri, necesse sit.

Ex cibus et potibus, et opsoniis, pane excepto et maza, et carnibus, et piscibus, et vino, et aqua, reliqua omnia ad incrementum, et robur, et ad sanitatem parva et imbecilla auxilia conferunt. Parva etiam et imbecilla ab his mala contingunt.

Quoscumque febres non continenter detinent, sed intermittentes invadunt, his post accessionem cibi exhibendi, conjectura facta, ne quando a recenti cibo, sed jam concoctis cibus febris ingruat.

Vinum et mel optima hominibus censentur, si pro natura et sanis, et debilibus tempestive et moderate exhibeantur. Et bona quidem per sese, et ceteris admixta, tum alia, tum quæcumque effatu dignam utilitatem exhibent.

Quæ sanis conferunt, ægrotis exhibita valentiora sunt, eaque vi ipsorum detracta exhibenda, alioqui ea corpus non fert, sed magis nocent quam juvant.

61. Tout ce qu'on prend en aliments, mets, boissons, à la réserve du pain, du gâteau, de la viande, du poisson, du vin et de l'eau, est d'une mince utilité pour la nourriture, et pour le maintien de la santé; les maux aussi qui peuvent en résulter ne sauraient être grands qu'à raison des excès.

62. (*Règle du régime dans le cas des fièvres intermittentes.*) Dans les fièvres intermittentes, on peut donner à manger, pourvu qu'on observe les époques de l'accès, afin de ne pas manger auparavant, mais à un temps où la digestion puisse être faite, quand l'accès arrivera

63. (*Observations générales sur le vin et sur le miel.*) Le vin et le miel sont regardés comme très-salutaires, lorsqu'on en use à propos, d'une manière modérée et analogue à son tempérament, tant en santé qu'en maladie. Ils sont bons par eux-mêmes; on les mêle utilement avec les autres choses saines.

64. (*Modifications nécessaires dans le régime, à raison de l'état de maladie.*) Ce qui est bon dans la santé est trop fort lors de la maladie. Il faut alors en retrancher de la force, au lieu d'en faire l'usage ordinaire; à moins de quoi, le corps ne le supporte point, et il en reçoit du mal au lieu du bien.

PRÆFATIO.

Liber hic ab Erotiano non dictus, a Galeno variis sub titulis (1), sed sub Hippocratis nomine, citatus, aperte ab hoc non confectus est, sed e schola Cnidia prodiit, ut cum Foesio (2), Schulze (3), Hallerus (4), Grunerus (5), Grimmus (6), omnesque recentiores critici agnoverunt. Non solum enim morborum genera, sed etiam curandi methodus, ex mente scholæ dictæ traduntur, cujus præcepta simul ex eo præclare dignosci possunt.

ARGUMENTUM LIBRI.

Internos partium morbos docet, asperæ arteriæ, v. seruum, cordis, pulmonis, dorsi, pectoris, lateris, spinalis medullæ, renum, venarum dextri et sinistri lateris, abdominis, intestinorum, articulorum, cutis, et universi corporis; eorumque causas, signa, et curationem.

CAPUT 1. — De asperæ arteriæ ulceratæ aut sanciatæ, vel alicujus vasorum pulmonis ruptis causis, signis, prædictione, curatione, et convalescentis præcautione.

Pulmonis arteria si exulcerata, aut quædam ex tenuibus venulis, quæ in pulmonem dependent, rupta fuerit, aut fistulæ per pulmonem distentæ, et inter se confringantur, et sanguine compleantur (his vero de causis præcipue delultantur et perrumpuntur, vehementi exer-

Le Traité précédent est un morceau d'hygiène précieux. Celui-ci, le troisième de la section cinquième de Foës, et qui ressemble en beaucoup de choses aux trois derniers livres du *Traité des maladies*, va nous présenter des descriptions pathologiques avec la thérapeutique de diverses maladies, dans lesquelles on désirerait plus de précision. On y trouvera les détails de plusieurs procédés curatifs, qui pourraient être employés utilement aujourd'hui.

1. (*Affection de la poitrine, par quelque cause violente.*) Si la trachée-artère est blessée, ou quelqu'une des petites veines qui ont leurs orifices au poulmon, ou si les bronches trop tendues se déchirent, de manière qu'il se verse du sang de l'une dans l'autre, comme il arrive quand elles sont tiraillées et rompues pour avoir pris une grande fatigue, pour avoir trop couru, ou à raison de quelque chute, ou à la suite de coups reçus, d'efforts, de vomissements, ou d'une violente fièvre; voici ce qui arrive: l'on a d'abord une toux sèche; quelque temps après on rend des crachats salés, sanguinolents, quelquefois du sang pur. Si le mal ne va pas plus loin, c'est bon. Dans le cas contraire, bientôt on crache plus de sang: certaines fois le gosier se remplit de sang, sans qu'on s'en doute, et on en rend fréquemment de petits grumeaux, qui ont une mauvaise odeur. Il semble qu'on ait comme du duvet, qui fait un embarras dans le gosier. Les frissons et la fièvre se manifestent. Ils sont plus forts dans le commencement de la maladie; ensuite ils s'adoucissent, et ils reviennent par temps. On sent quelquefois des douleurs au haut du devant de la poitrine, au dos, aux côtés. Quand le crachement de sang discontinue, on rend beaucoup de salive épaisse. Tels sont les symptômes jusqu'au quatorzième jour. Ensuite, si la maladie ne s'arrête point, la toux arrache de la trachée des espèces de petites peaux qu'on rend avec le crachat, semblables aux pellicules des phlyctènes. La douleur se fixe au haut du devant de la poitrine, ou au dos, ou aux côtés. Les hyphondres sont sensibles, quand on les touche, comme si on y avait une plaie.

(1) In comm. in libr. 6. aph. 27. eum τὸν μείζονα περιπαθῶν, in glossario τὸν δευτέρου περινοσῶν τὸν μείζονα, et περιεμπύων vocat. (2) In not. ad hunc libr. in ed. Hipp. (3) In hist. med. per. 1. sect. 5. cap. 4. §. 28. (4) In bibl. med. pract. T. 1. p. 74. et art. med. princ. T. 2. p. 401. (5) L. c. p. 160. (6) L. c. p. 607.

citatione, cursu, casu, per plagas, per violentos vomitus et febres), hæc quidem primum contingunt.

Tussis sicca detinet, deinde non multo post sputum subruentum, interdum vero purum æger expuit. Quod si hoc quidem modo morbus desinat, bene habet; sin minus procedente tempore, copiosior sanguis, interdum quidem purus, quandoque etiam aliquantum putridus procedit. Plerumque vero fauces etiam latenter sanguine complentur, deinde sanguinis grumos paulatim et subinde velut ebullientes ægri rejiciunt. Quandoque vero etiam ab his gravis odor oritur, et fauces interdum tenui quadam lanugine implentur. Et rigor ac febris circa quidem morbi initia vehemens, eo vero progressu leviorprehendit, subindeque corripit. Dolor etiam quandoque in pectoribus, dorso et lateribus urget. Cum sanguinem spuere æger desierit, sputum copiosum liquidum, interdum etiam viscidum expuit. Atque hoc modo afficitur, donec dies quatuordecim præterierint. Post hos vero nisi morbus sedetur, squamulas, quales ex pustulis, ab arteria revulsas, tussiendo rejicit, et dolor in pectus, dorsum et latus irruit, præcordiaque ad contactum, tanquam ab ulcere, dolent.

Cum sic se habeat, huic morbo, quam maxime quies interna conducit. Si quid enim laborarit, tum dolor vehementior, tum tussis magis, quam antea, urget, rigorque ac febris magis detinent. Cumque ægre sternutaverit, dolor acutus adoritur, doletque etiam in lecto, quum circumvertitur. Huic cibos quidem eosdem, quos suppurato, sed hos non multos, offerre oportet. Opsoniis vero his utatur: piscibus quidem squatina, aut pagro, aut galæo magno albo, aut aliis similibus, omnibus cum rhoe et origano conditis. Galli autem carnem assam sine sale edat, aut capræ coctam, vinoque utatur austero, quam vetustissimo et suavissimo, nigro, deambulationibus autem moderatis, præterquam quod hæc, dum febris non detinet, fieri debent. Quod si febris detinet, sorbitione farinæ aut milii utatur. Si vero cibi exhibeantur, pauci porrigantur, et opsonia per alvum secedentia. Sed si medicamento tibi utendum esse videatur, eum grano Cnidio, aut tithymalide aliquantulum purgato, et post purgationem farinæ coctæ pinguis acetabulum exsorbendum dato; deinde quam maxime vires reficito, quo minimum gracilis evadat. Gracilem enim esse

Dans cet état, il faut maintenir l'intérieur du corps en un grand repos. S'il prenait de la fatigue, la toux en deviendrait plus forte, les frissons et la fièvre augmenteraient. L'éternement surtout est fort douloureux. On souffre aussi, quand on se retourne dans le lit. La nourriture doit être ici la même que dans les suppurations internes. Il faut manger peu. L'on use de poissons, tels que l'ange, le pagre, le grand émisole blanc, et autres pareils, préparés à la grenade et à l'origan; de la chair de poulet rôti sans sel, ou de chèvre bouillie. On boit de bon vin vieux, qui soit âpre. Il faut faire des promenades modérées, dans les temps où la fièvre donne du répit. Quand elle est continue, on prend des crèmes d'orge ou de millet. Si l'on mange des aliments solides, c'est en petite quantité: on les choisit même qui soient laxatifs. Dans les cas où vous croirez devoir purger, employez les grains de Gnide (1) ou le tithymale; et donnez, après la purgation, environ une livre de crème de farine d'orge grasse. Il faut tenir le malade bien nourri, pour empêcher le corps de s'exténuer. Cette maladie ne demande pas une diète légère. On fait, dans le commencement, de petites promenades qui ne fatiguent point. On y joint des fumigations de temps à autre. Les jours des fumigations, le malade doit n'avoir pris qu'environ une livre de crème faite avec la farine d'orge, par-dessus laquelle il boira de l'eau cuite; le lendemain, il mange un peu moins que de coutume, et il boit un peu de vin rouge doux astringent. Du reste, on mange deux ou trois fois par jour dans cette maladie. On tient cette conduite pendant tout le temps qu'il n'y a point de cours de ventre. Tandis qu'il y a envie de manger, et que l'estomac se trouve fatigué de ce qu'on prend; si l'on se prive d'aliments pendant un temps, et qu'on en prenne ensuite trop, la fièvre s'enflamme: il faut donc avoir l'attention de prendre la nourriture à plusieurs reprises. Quand on en donne beaucoup tout à la fois, et qu'elle incommode, les promenades ne peuvent point rafraîchir les entrailles, qui se trouvent surchargées d'aliments; et le feu de la fièvre en devient fort,

(1) Grains de Gnide. On croit communément que les grains de Gnide sont le fruit du *Chaméléa tricoctos*, qui est un violent purgatif. J'ai déjà observé *supra*, *Traité des maladies*, liv. II, n° 46, qu'il pourrait ne pas s'agir d'un remède aussi actif, dans tous les cas où ces grains sont prescrits.

ad hunc morbum minime confert. Deambulationes paucæ primum faciendæ, ne lassitudo invadat. Fomentum autem subinde adhibendum, quaque die exhibebitur, sine cibo is permaneat, nisi, quod farinæ coctæ acetabulum exsorbeat, aquam vero bibat. Postero die minus, quam pro consuetudine, comedat, vinumque nigrum, suave, austerum, paucum bibat. De reliquo, bis aut ter die cibos exhibeto, sicque ei sensim exhibeto, donec ventriculum ad pristinum habitum revocaris. Per febres enim et inedia, si quidem os expetit, ventriculus vero recipere nolit, si confertim recipiat, inflammatur. Verum paulatim exhibere oportet. Quod si confertim dederis, parumque laborarit, ventriculus deambulationibus minime perfrigeratur, densatis nimirum sensim cibariis, ideoque febris accedere solet. Et per hyemem quidem minus, per æstatem vero magis delinquit. Huic quam maxime vires reficere convenit, ut maxime crassus evadat, et deambulationibus modicis luctaque minus solito utatur. Primum parum laboret, deinde paulo plus, nunquam vero multum. Quæ si fecerit, citissime convalescet. Quod si ex vehementi labore gracilis evadat, de eo remittat et quietem agat.

Hic ubi convalescit, ad ventum ne celeriter currat, neque equum, neque currum conscendat. Vitet autem clamorem et excandescantiam. Periculum enim est, ne redeat morbus. Verum hæc omnia vitanda sunt. At si cibum refugiat, orbium tostum, cortice repurgato, deinde tribus diebus aqua maceratum, quotidie alia affusa, aquam diffundito. Postea quarto die excolatum et resicatum, mox tenuissime mollitum, per incerniculum cribrato. Et lini semen tostum, sesamumque etiam tostum, levissime tundito polentamque insulsam, puram, tenuem admisceto. Sit autem orobi et polentæ utriusque æqualis portio, sesami vero tertia pars, et lini partis unius dimidium. Quæ caprino lacte cocta, quam liquidissima æger sorbeat. Post hæc autem in prandium cibos puros, et ex opsoniis valentiora ei exhibeto, et vinum idem bibat. Centaurii etiam radices, vino intritas, ad ejusmodi ruptiones facientes, ei exhibeto. Dracontii etiam radices, vino intritas dato, et bechii radicem, cum melle, et dracontium derasum delingendum. At si, quod in lacte decoctum est, se sorbere posse, neget, lac bubulum quam plurimum, aquæ mulsæ tertia parte admixta, bibat, sicque citissime convalescet.

moins à la vérité, pendant l'hiver : les fautes de ce genre sont de plus grande conséquence dans l'été. On doit donc mettre la plus grande attention à nourrir ces malades convenablement, de la manière que j'ai déjà dite; leur prescrire des promenades modérées, interdire la lutte, ordonner peu d'exercices dans le commencement, les augmenter ensuite, mais ne les pousser jamais bien loin. En suivant cette conduite, on pourra bientôt guérir. Si les fatigues amaigrissent, il faut les supprimer, et garder le repos. Dans la convalescence, on doit se préserver des courses contre le vent, même à cheval ou en voiture; se garder aussi de crier, de se mettre en colère. Il serait dangereux de retomber dans la maladie. Il faut être en garde contre tout ce qui peut occasionner une rechute. Si le malade ne peut point manger, on a des orobes bien mondées, qu'on dépouille de la peau en les faisant griller; on les met en poudre fine, qu'on fait tremper dans l'eau pendant trois fois vingt-quatre heures, la changeant tous les jours : le quatrième on coule, et l'on fait sécher le marc qu'on écrase, et qu'on passe au tamis. On met aussi en poudre de la graine de lin et de sésame, après les avoir torréfiées : on y mêle de la fine farine d'orge, sans sel. L'on prend de cette poudre d'orobes et de farine de froment, parties égales; un tiers de sésame, et moitié moins de poudre de graine de lin. On fait de ce mélange des crèmes claires pour l'usage du malade. Ensuite on lui fait prendre à diner de bons aliments rôtis, des meilleurs, et du vin par-dessus. On donne aussi du vin, dans lequel on a fait infuser des racines qui s'emploient contre les déchirures *des vaisseaux pulmonaires*, comme la racine de centaurée ou de serpentinaire, qu'on racle sur le vin pour le charger de la poudre. On fait sucer du tussilage imprégné de miel et de poudre de vipérine. Quand le malade ne peut manger les choses cuites au lait, on lui fait boire abondamment du lait de vache, coupé avec un tiers d'hydromel. On parvient par ce moyen à la guérison. Mais cette maladie est difficile à traiter. Elle demande beaucoup de soin. Après que le malade est guéri, s'il ne s'observe pas beaucoup lui-même, il retombe dans le même état : et la plupart alors en périssent. Quand l'on guérit, ceci suffira ; mais si on ne guérit point, malgré l'usage du lait et de la bonne nourriture, on se détermine à appliquer le feu à la poitrine ou au dos. Si l'on rencontre le mal, il y a espoir de guérison (1).

(1) Si l'on rencontre le mal, etc. On re-

Hic autem morbus, cum sit difficilis, multa curatione indiget. Cum enim quis curatus et sanus factus fuerit, nisi sui curam habuerit, plerisque revertens morbus interitus causam attulit. Qui siquidem hac curatione sanatus fuit, satis est; sin minus, ubi cum lacte crassiore reddideris, in pectore et dorso inurito. Si enim ustio bene successerit, morbum evadendi spes est.

CAPUT II. — De arteriæ aut venæ pulmonis divulsione, ejusque symptomatibus et curatione.

At vero, si arteria aut vena aliqua ex his, quæ ad pulmonem tendunt, divellatur, hæc contingunt.

Per morbi quidem exordia tussis acuta, rigor et febris detinent, et sputum tum copiosum, tum album ac spumosum, interdumque subcruentum æger expuit, dolorque caput et cervicem occupat.

Hic morbus priore est vehementior. Ac decem quidem primis diebus hæc ei contingunt; deinde plerique undecimo die pus crassum per vim expuunt. Die vero decimo quarto puriora æger expuit, si ex eo evasurus est, et dolor minus affligit, brevique sanus evadit. Quod si diuturnus morbus faturus est, et multo plus puris æger expuit, et reliquus dolor in corpore longe major est, et calores, quam antea, leviores detinent.

Hunc si per initia curandum susceperis, scammoniæ succo, si febre careat, per inferiora aliquantulum purgato. Post purgationem vero eadem, quæ prius, exhibeantur, et reliqua eadem quieto quam maxime corpore assumantur, et molliter æger dormiat. Et hæc quidem decem primis diebus faciat.

CAPUT III. — De pectoris suppurato, et pulmone rupto.

Quod si purulentus extiterit, eadem etiam, quæ prius, faciat. Sin vero sanus evaserit, his cibis et potibus abstineat, acidis, acribus, salsis et pinguibus. Labore etiam vehementiore, et iisdem, quibus prius, abstineat. Quæ si fecerit, citissime hoc morbo liberabitur. Sin vero eorum aliquid non fecerit, periculum est, ne morbus revertatur, et pejor detineat. Plerique enim, rupto pulmone, ad mortem usque perseverant.

Hunc nisi quis confestim curet, postea, ubi morbus reversionem fecerit, non

2. (*Des tiraillements dans la poitrine.*)

Lorsque la trachée-artère, ou quelque une des veines qui vont au poumon, se trouvent tirailées, on a d'abord une toux aiguë, avec fièvre; on rend beaucoup de crachats pituiteux, blancs, écumeux, avec quelquefois un peu de sang; on a des maux de tête et des douleurs au cou. Cette maladie est plus violente que la précédente. Je viens d'exposer les symptômes qui s'observent durant les dix premiers jours. On crache communément, vers le onzième, des matières purulentes, épaisses, qu'on arrache avec peine. Le quatorzième, les crachats sont plus purs, quand on doit rächapper; les douleurs diminuent, et l'on est bientôt guéri. Si la maladie doit être longue, on rend une beaucoup plus grande quantité de matière purulente. Il se fait dans le corps un nouveau travail plus fâcheux que le premier; mais on a moins de chaud. Si vous êtes appelé au commencement, purgez avec le suc de scammonée, quand il n'y a point de forte chaleur de fièvre. Après la purgation on donne les mêmes choses que j'ai dites dans le cas précédent, ou d'autres pareilles, en faisant observer un grand repos de corps, et tâchant de faire dormir. On se conduit ainsi dans le commencement jusqu'au dixième jour. Quand il s'établit une suppuration intérieure, on procède encore de même que ci-dessus. Si l'onguërit, il faut s'abstenir des aliments et des boissons acides, des choses qui agacent, qui sont salées, et des graisses; ne pas beaucoup fatiguer; faire enfin comme il a été dit précédemment. En se conduisant ainsi, on pourra en être bientôt quitte: sinon on risque la rechute, qui est pire. Il y a bien des gens qui crachent le sang durant toute leur vie, *de loin en loin*. Si l'on n'y apporte pas de remède, dès que le mal commence à répéter, on ne pourra point y en apporter ensuite, à moins que ce ne soit par un grand usage du lait pour épaissir, ou bien en appliquant le feu à la poitrine ou au dos. Alors, si l'on rencontre le lieu du mal, l'opération sera utile. Du reste, les mêmes fautes qui causent la maladie précédente donnent aussi lieu à celle-ci.

5. (*La pulmonie.*) La pulmonie se forme principalement de la manière qui suit. Lorsque le poumon, après avoir attiré à lui du sang ou de la pituite salée, ne les rejette point ensuite, mais que ces hu-

marquera qu'ici la confiance en l'opération ne paraît pas aussi décidée que dans le *Traité des maladies*, liv. I, n° 14, et ailleurs.

erit, quo juvare possis, nisi hæc feceris. Lacte bubulo crassiore reddidum in pectore et dorso inurito. Si enim ustio tibi prospere successerit, juvabis. Hic autem morbus ex iisdem erratis, ex quibus etiam prior, oritur.

CAPUT IV. — De pneumonidis causis, signis, et curatione.

Pulmonis inflammatio ex his fere fit.

Cum ad sese pulmo sanguinem aut pituitam salsam traxerit, neque rursus dimiserit, sed ibi collecta et coacta fuerint, ex his tubercula in pulmone gigni solent, et pus intro colligi. Hic hæc patitur, per initia et totum morbum: tussis acuta, et rigor, et febris detinet, dolor in pectore et dorso, interdumque in latere urget, vehemensque erectæ cervicis spiratio incidit. Hic ad decimum quartum usque diem in his perseverat, plerumque etiam pluribus diebus. Deinde pus foras erumpit, multumque æger exspuit, sæpe vero velut araneorum tunicas exspuit, crebro etiam subcruentum. Et si quidem pulmo cito repurgetur et gracilis reddatur, perniciem evadit; sin minus, perseverat hic morbus, et per annum detinet, et quandoque in varias affectiones transit.

Hic per initia, antequam pus foras erumpat, hæc admovere oportet. Cum febris remiserit, multa calida lavet, et sorbitionibus multis utatur, ptisanæ cremorem coctum, melle affuso et cocto sorbeat, vinum dulce album, aut aquam mulsam coctam bibat. Ubi vero pus exspuere cœperit, eadem, quæ prior purulenta, bibat, iisdemque cibis, potibus, et opsoniis utatur, acidis absterneat, acris, salsis, pinguis, venere et crapula, nisi cum morbo commodum fuerit. Inspecto autem colore, quorum tibi indigere videatur, curam habeto, reliqua autem eadem faciat. Lac bubulum et caprinum, si anni tempus ferat, bibat, prius tamen lacte asinino cocto aliquantulum purgeatur. Bibat autem quotidie mane lactis equini excolati poculum, trium heminarum mensura, si possit. Si igitur ad hunc modum curatus melius habuerit, satis est. At si pus ad pectus non erumpat, ipse corpore quam maxime quietem agendo, et quæ sibi commoda sunt, admovendo, sui ipsius curam habeat. Si vero ad pectus pus eruperit, qua parte de se tibi significationem præbere videbitur, illic præcipue sectione aut ustione facta, pus primum paucum educito. Reliqua eadem facito, quæ in priore purulento scripta sunt.

meurs s'y fixent et s'y épaississent, il s'y fait, de nécessité, des tubercules qui suppurent. En voici les symptômes. On a dès le commencement, et pendant toute la maladie, une toux sèche, fâcheuse, avec la fièvre, des frissons, et une douleur fixe à la poitrine et au dos, quelquefois au côté. La respiration est très-laborieuse. On est ainsi durant quatorze jours, souvent même plus long-temps; ensuite l'abcès se crève, et les crachats viennent en abondance. On en rend quelquefois où il y a comme des toiles d'araignées, et souvent du sang. Si l'on parvient à nettoyer le poumon, à le rendre souple, on évite la mort: sinon, la maladie dure une année, pendant laquelle on passe dans divers états. Il faut, avant que les tubercules ne s'abscedent, donner beaucoup de bains; dans le temps des relâches de la fièvre, faire user d'aliments liquides, de purées d'orge cuit, auxquelles on ajoute du miel; et l'on boit du vin blanc doux par-dessus, ou de l'hydromel cuit. On se conduit, d'ailleurs, de même que dans le cas de suppuration interne, dont il a été question ci-dessus. La même nourriture, les mêmes aliments, les mêmes boissons conviennent ici. On s'abstient des acides, des agaçants, du salé, des graisses, de l'acte vénérien, des excès dans le manger ou le boire, à moins que quelqu'une de ces choses ne soit devenue comme nécessaire au malade, par tempérament ou par l'habitude. On observe l'état de sa peau, pour reconnaître ce qui peut lui être bon. On se conduit, d'ailleurs, comme je l'ai déjà dit. On fait prendre du lait de vache et de chèvre, suivant la saison, après avoir préalablement purgé avec du lait d'ânesse cuit. On ordonne aussi, quand la chose est possible, environ une livre et demie de lait de jument, bien battu, en trois prises. Lorsque, par le moyen de ce traitement, le mal se dissipe, cela suffit; et s'il ne se fait point de rupture d'abcès dans la poitrine, c'est au malade à achever lui-même la guérison, en se tenant fort tranquille, et ne prenant que ce dont il se trouve bien; mais s'il se fait un dépôt, il faut en vider le pus peu à peu, après avoir fait une incision, ou avoir appliqué le feu, dans l'endroit que vous aurez reconnu par ses signes.

4. (Des varices du poumon.) Quand il se fait des varices au poumon, on a une toux sèche, des frissons, la fièvre. Ces signes sont violents. Dans le commencement, il y a grande difficulté de respirer. La tête s'enfle, on sent un poids aux sourcils; l'enflure descend au visage, à la poitrine, aux pieds, On est obligé d'ap-

CAPUT V. — De pulmonis varice, ejusque causis, signis, et curatione.

Si varix in pulmone gignatur, per morbi quidem exordia tussis sicca, rigor et febris vehemens admodum invadunt, et erectæ cervicis spiratio detinet. In capite dolor insistit, et supercilia dependere videntur, tumorque ad faciem, pectus et pedes descendit, sæpe vero in capite fixus est, cumque dolor detinet, præ dolore oculos æger attollere non potest. Corpus est subpallidum, et venæ per ipsum feruntur, aut rubræ, aut nigræ.

Huic quidem, cum sic habeat, et dolor maxime urgeat, primum quidem sanguinem detrahito; deinde multa et calida lavato, et quum sitis detinet, cyceonem ex vino nigro austero, quam suavissimo, æquali aqua temperatum, potui exhibeto, quum maxime frigidum, bibere oportet. Ptsianæ cremore cocto, optimo melle affuso, pro sorbitionibus utatur. Quæ primis quatuordecim diebus afferenda sunt. Quod si diutius morbus detineat, dolorque major in corpore et virium impotentia adsit, huic sane sic habenti ea exhibeto, quæ ei, qui pulmonem purulentum habet, cum quatuordecim dies præterierint.

Oritur hic morbus ex vehementiore labore et bile atra.

CAPUT VI. — De pulmonis plenitudine.

Cum venæ cavæ, quæ in pulmonem pertingunt, sanguine aut bile atra refertæ fuerint, venulæ nimirum, in angustiis interceptæ, inter sese confringuntur, cumque exitum non habeant, dolorem et flatum in pulmone excitant.

Hic morbus, cum sit difficilis, multa curatione indiget, alioqui ægrum non relinquere, fereque multos ad mortem usque comitari solet.

CAPUT VII. — De inflammationis pulmonis causis, signis, et curatione.

Si inflammatio in pulmone oritur, oritur autem præcipue ex vinolentia, et piscium capitonum, et anguillarum ingluvie, qui pinguedinem hominis naturæ maxime insensam habent. Jam vero ortum habuit hic morbus ex pituita, cum sanguini permixta ad pulmonem affluerit. Incidit etiam ex carnis esu, et aquæ mutatione.

puyer souvent la tête contre quelque chose; et lorsque la douleur augmente, on ne peut pas lever les yeux. La peau devient pâle; on y remarque des veines noires ou rouges. Dans cet état, il faut, au fort du mal, commencer par tirer du sang; puis donner beaucoup de bains chauds. Quand la soif presse, on prend un sorbet avec du vin rouge, âpre, du meilleur, coupé d'eau à parties égales; on le boit le plus frais possible. On prend pour nourriture des crèmes d'orge cuit, auxquelles on ajoute de bon miel; on en use pendant les premiers quatorze jours. Lorsque la maladie dure davantage, que le malaise augmente, et que les forces vont en diminuant, on passe, après le quatorzième jour, au traitement des suppurations du poumon. Cette maladie est produite par les fatigues et par l'atrabile.

5. (*De la bile noire infestant le poumon.*) Lorsque les petites veines qui se rendent au poumon se remplissent de sang ou de bile noire, elles se déchirent les unes contre les autres, se trouvant dans un lieu étroit pendant l'inspiration. Les humeurs qui s'épanchent, n'ayant point d'issue, occasionnent des ampoules dans le poumon, et y causent des douleurs. Cet état est difficile. Il demande beaucoup de soin, à moins de quoi on n'en guérit point, et communément on meurt avec.

6. (*De l'inflammation du poumon.*) L'inflammation du poumon est principalement produite par l'abus du vin, et par l'usage immodéré du cabot et de l'anguille. La graisse de ces poissons est très-contraire à la santé de l'homme. La maladie dont il s'agit maintenant est due au mélange de la pituite avec le sang qui va au poumon. Elle vient quelquefois pour avoir mangé trop de viande, ou à cause d'un changement d'eau. En voici les symptômes: la toux est violente, on crache beaucoup de salive, quelquefois elle est épaisse et blanche, comme dans les enchiurements. On sent à la poitrine, au dos, aux flancs, une douleur qui serre; on a des rapports aigres; il se fait dans la poitrine et dans les poumons un grouillement comme celui du ventre; on vomit de la pituite aigre, qui, jetée à terre, y fait une impression telle que ferait le vinaigre, et qui agace les dents; on a des frissons suivis d'une fièvre violente, avec soif; si l'on mange quelque chose de gras, il se fait des borborygmes dans les entrailles: on vomit; on a un engourdissement dans tout le corps; après le vomissement on se trouve soulagé; mais le soir les borborygmes reviennent avec des tranchées.

Hæc igitur ei contingunt. Vehementer tussit, et sputum liquidum et copiosum expuit, plerumque etiam crassum et album, velut ex raucedine. Dolor acutus vexat in pectore, dorso, laterum inantitibus et costis; acidum æger eructat, et ex pectore ac pulmonibus, velut ex ventre, quid murmurat, pituitam acidam æger vomit, si que, quod vomitione rejectum est, in terram effundas, eam tanquam infusum acetum radit, et dentes stupescunt. Rigor, febris, et sitis vehementes detinent, et si quid pingue æger comedere velit, in visceribus strepitus editur, vomitus cietur, et totum corpus torpor occupat. Ubi vero æger evomuerit, paulo melius habere videtur; deinde sub vesperam diei venter strepit, contorqueatur, et murmur edit.

Huic, cum sic habuerit, et tempestivum videatur, curationem istam adhibeto. Mel, lac, acetum, et aquam, simul mixta et in ollam infusa, tepefacito, et origanî capitati surculis agitato, tepefactum potui exhibeto, aut apprehensa lingua sensim per fistulam infundito; deinde vestibis convolutum quietem agere jubeto. Postea, si ei vomitus incidat, prompte vomat; quod si non incidat, ex levi per pennam attractatione vomat, et si quid pituitæ vomuerit, idem per dies quinque facito. Sic enim melius habebit. Hoc autem post exercitationem, si possit, bibat, et post calidæ multæ balneum; sin minus, saltem post balneum. Ubi vero dies quinque præterierint, mane jejunos ex aqua mulsa, aut mulso, laseris succum orobi quantitate bibat, et allium ac radículas jejunos edat, et vinum merum nigrum, aut album austerum insuper sorbeat. Bibat autem cum cibo et post cibum. Cibis autem siccis et carnibus catulinis coctis utatur, si rigor et febris non prehenderit. Hic si ex ejusmodi in os infuso aliquantulum purgetur, sat est; sin minus, eum sursum per veratrum purgato. Post purgationem vero, farinæ coctæ melle affuso, duo acetabula sorbenda dato, et vinum idem aquosum æger bibat. Quod si per initia morbi curationi non adfueris, ubi cum lacte crassiorem reddideris, in pectore et dorso inurito, sic enim præcipue morbo liberari poterit. At nisi ustus fuerit, permanent morbus, necque fere deserit, sed ad senium usque perseverat, plerumque vero ad mortem usque eum comitatur, nisi primis quadraginta diebus intereat. Verum quam maxima diligentia opus est, et serum ac lac bubulum, caprinum, asi-

Qui vero sub autumnalium fructuum tempus morbo correptus est, flatum exhibet, tormina, et dolorem, neque æger cibaria demittere solet, venterque ei magnus et durus est, et rigor febrisque detinent. Huic siquidem venter commotus fuerit, viginti (ut minimum), diebus purgatur, cumque purgatio cessaverit, confestim sanus evadet. At si minime purgatus fuerit, eum hippophais succo, aut grano Cnidio purgato. Sub vesperum autem eadem etiam sponte purgato exhibeto. Postridie vero si febris detineat, quietem æger agat, eique vinum idem ex aqua gelidissima bibendum dato. Quod si febris minime detineat, victus ratione utatur non humida, sed valentiore, et ciborum ratione habita, deambulet. Ex hoc morbo plerisque jam aqua intercus contracta est. Et si visum fuerit, alvum per infusum subluere, iisdem, quibus in aqua intercute, alvum subluo. Quod si voles, ex his infusum parato. Thapsiam herbam in aquæ mulsæ hemina conterito; deinde sic per infusum intermittito. Hic hoc modo curatus citissime sanus evadet.

CAPUT XLV. — De quinto typho, a corporis putrida humiditate, et ab atra bile genito, ejusque causis, signis, et curatione.

Alius typhus. Gignitur quidem hic morbus, cum corporis humidum putrefactum, et plus æquo resiccatum fuerit. Cum igitur morbo detentus fuerit, habitu est perhumecto, subpallido, pellucido, et vesicæ urinæ similis apparet, sed non intumescit, verum tenuis est, aridus ac debilis. In corpore autem præcipue claviculæ extenuantur, et vultus vehementer gracilis est, oculique admodum cavi, et hæc quidem morbo contingunt. Quod si corporis color niger exstiterit, hujus rei causa est. Cum in venas et cutem bilis atra subierit, cumque his calor

lade boit un peu de vin rouge âpre. Dans le reste du temps il use des mêmes choses et d'autres aliments. Le pain doit être torréfié, le gâteau pétri le plus qu'il est possible. Dans les premiers jours on prend des bouillies faites avec la farine d'orge, pour rafraîchir; on y met un peu de miel. L'on boit du vin rouge âpre pendant tout le temps que cette maladie dure. Quand elle est occasionnée par les fruits d'automne, on a des tranchées et des douleurs; les aliments ne passent point par les selles; le ventre est dur et gros. Les frissons et la fièvre surviennent. Si le ventre s'élève, on a dans vingt jours au plus tard une diarrhée qui purge les entrailles, et on est guéri dès que la diarrhée cesse. Si l'évacuation ne s'établit point, il faut purger avec le suc d'hippophæ, ou les grains de Gnide. On donne le soir, après l'effet de ces remèdes, les mêmes choses que nous avons dites ci-dessus pour le cas de la purgation spontanée. Le lendemain, lorsqu'il y a de la fièvre, on laisse le malade tranquille. Il boira du même vin que ci-dessus, avec de l'eau très-fraîche. Lorsqu'il n'y a point de fièvre, la nourriture doit être forte, non en aliments liquides. Il faut faire après le repas des exercices proportionnés aux forces. L'hydropisie succède souvent à cette affection. Si vous croyez devoir user de lavements, prescrivez-les tels qu'on les donne aux hydro-piques. Mettez de la raclure de thapsie dans dix onces d'hydromel, pour un lavement. En traitant ainsi cette maladie, elle se guérit facilement.

45. Autre typhé. Il est produit par la pourriture des humeurs dans le corps, et par un grand dessèchement. Lorsqu'on en est atteint, on a des humeurs, on devient pâle, maigre, transparent comme une lanterne; il n'y a point d'œdématie. On est exténué; on ressemble, en quelque manière, à une vessie sèche. Toutes les forces se perdent. On maigrit surtout des clavicules et du visage; les yeux deviennent extrêmement creux. Tel est l'état des malades atteints de cette affection. Si la peau devient noire, accusez-en la maladie. Lorsque l'atrabile se répand dans les petites veines et la peau, et qu'elle s'échauffe, il faut nécessairement que les veines en reçoivent la chaleur, qu'elles se dessèchent, et que le sang y soit dans un état brûlé. Voici donc quels sont les symptômes.

(Symptômes remarquables dans cette espèce de typhé. Le goût pour l'odeur des

supervenerit, venulas a calore exuri et resiccaris, necesse est, ac proinde sanguinem per venas excedere.

Sic igitur afficitur. Sic tenuis et vehementer gracilis evadit, oculis raro nictatur, et muscas in stragulis sectatur, cibis magis gravatur, quam sanus, lychni extincti odore gaudet, frequenter in somnis seminis profluvium patitur, et plerumque inter eundem ei genitalia effunditur.

Huic, cum sic habuerit, ventrem superiorem, videlicet veratro nigro, purgato, inferiorem vero scammonii succo. At post purgationem, eadem, quæ cæteris, dato, et serum, laque bubulum, aut caprinum, si anni tempus fuerit, exhibeto. Lac etiam asininum decoctum, ut aliquantulum purgetur, dato. Ad hunc modum curatus, iutra biennium fere sanus evadit. Cibos, quos velit, accipiat, quam plurimum comedat, et pro ciborum ratione obambulet.

Hic morbus viginti annis majorem prehendit, cumque prehenderit, nisi per exordia curatio adhibita fuerit, non deserit, quin viginti anni præterierint, sed perseverat; deinde nonnullis, dum curatio adhibetur, decedit. Gravis autem morbus est.

CAPUT XLVI. — De ileo primo, laxo, a crassis, lentis, et frigidis humoribus, citra inflammationem, et dejectionum suppressionem, tenuia intestina non omnino obstruentibus, orto, ejusque causis, signis, et curatione.

Tenuioris intestini morbi aut volvuli. Convulsi appellantur hi morbi, ex hisque præcipue oriuntur, si quis calida et humida victus ratione per hyemem utatur, neque, ciborum ratione facta, obambulationibus se exerceat, verum expletus perpetuo dormiat, deinde derepente longum iter per frigus conficere cogatur, postea sub ossibus rigor corripit.

Sic igitur afficitur. Flatus universo corpore oboritur, ejus color plumbum refert, et perpetuo æger riget, adeo, ut calida, ei affusa, minime calida sentiatur. Corpus autem ejus dum lavatur, a calida desquamatur, præsertim vero scrotum, sique digitò corporis partem aliquam comprimis, desiderare facies, et tibi vestigium apparebit, non secus ac in farina aqua subacta. Maxime autem in pedibus desidet. Ejus autem crura gravantur, et si deambulet, tremunt, sique per acclis-

lampes éteintes, et la perte de la semence.) La maigreur est extrême, l'on a de fréquents mouvements dans les paupières, on croit voir des mouches qu'on chasse de dessus ses habits, les aliments pèsent beaucoup plus sur l'estomac que dans l'état de santé; l'on a un goût singulier pour l'odeur des lampes éteintes; on perd la semence dans les songes; on la perd même en marchant. Dans cet état il faut vider par haut avec l'ellébore noir; par bas, avec le suc de la scammonée. Après la purgation on donne les mêmes choses que dans les autres cas, le petit lait de vache, celui de chèvre, suivant la saison. On donne aussi le lait d'ânesse cuit pour tenir le ventre lâche. Au moyen de ce traitement cette maladie se guérit dans deux ans. On laisse manger ce qui fait le plus de plaisir. On recommande la bonne nourriture, beaucoup d'exercices proportionnés aux aliments. Cette affection attaque les personnes de vingt ans. Quand elle vient plus tôt, si on ne la soigne dans le commencement, elle ne quitte point que la vingtième année ne soit passée. Après cette époque, on en guérit quelquefois avec du soin. Cette affection est rebelle.

44. (De la passion iliaque. L'auteur en fait trois espèces.) Les passions iliaques; c'est le nom qu'on donne à des affections qui se montrent principalement dans l'hiver, lorsqu'après avoir usé d'un régime chaud et humide, sans faire des exercices de promenade en rond proportionnés à la nourriture, et qu'ayant l'estomac toujours plein et s'étant livré au sommeil, l'on vient ensuite à faire subitement par force un long voyage, avec un froid rude qui se fait sentir jusqu'aux os. Voici maintenant quels sont les symptômes. Les vents se repandent dans tout le corps; la couleur devient plombée; l'on a un froid continu, au point que l'eau chaude, versée sur le corps, ne semble point chaude; la peau se détache en écailles dans les bains chauds, surtout celle du scrotum; si on presse la peau avec les doigts, l'impression y reste comme si on les imprimait sur de la pâte, principalement aux pieds; on a les jambes pesantes; si on marche elles tremblent. Quand on se promène dans des endroits qui vont en montant, la respiration est étouffante; l'on a les bras sans action, comme s'ils étaient suspendus au corps. La soif tourmente dans la nuit: tous les aliments qu'on mange se rendent crus par les selles. Il faut, dans cette af-

vem locum iter faciat, crebro admodum spirat ulnæ suspensæ esse videntur, sitis per noctem detinet, cibosque quoscunque comedit, crudos per alvum demittit.

Huic ita habenti, cum ei fomentum admoveris, cneorum, aut hippophaïs succum, aut granum Cnidium propinato. Post purgationem autem eadem, quæ superioribus, dato. At postridie lactis asinini cocti congium, sale injecto, bis ebibendum dato. Sub vesperum æger panem in cœna sumat, pro opsonio habeat oviculæ carnes coctas, et polypos ex vino nigro coctos, jusculumque sorbeat, lenticulam ad hunc modum apparatus habeat. Lentis heminæ coctæ, probe lotæ, postea farinam commiscelo, et laser derasum et salem injicito, acetum infundito, et ad hæc allia simul coquito, deinde aqua affusa, bis aut ter fervefacta, simul ipsa tudicula agitato, postea, ea detracta, refrigerato. Sit autem non valde crassa, cuique boni odoris gratia pulegium simul coctum injectum sit. Interjectis autem diebus sexto quoque die vomitus excitet, subinde tamen ante vomitum et medicamenti potionem fomentum admovere oportet. Tertio quoque die balneum, si conferat, exhibeatur; sin minus, inungatur, et si possit, pro ciborum ratione, deambulationibus utatur, et sambuci folia, conyzæque semper tenellæ decocta, edenda dato. Hac enim curatione facillime deget, morbusque post annum deseret.

Multis vero jam sanatis post biennium morbus reversus est, verum si redeat, eadem curatione curare oportet. Quod si tertio revertatur, tumor quidem non accedit; tenuis tamen et gracilis evadit, et facies extenuari incipit, coloreque exalbido magis, quam prius, existit.

Huic interdum aqua intercus in ventre suboritur. Si igitur exorta fuerit, eum minime secare oportet; moritur enim, sed iisdem remediis curare, quibus ex liene aqua intercute laborantem. Hunc maxime quidem, ut per initia cures, tibi videndum est, sicque celeriter sanum reddes. Morbus autem, cum gravis sit, multa cautione indiget.

CAPUT XLVII. — De secundo ileo icterico et bilioso, ex multi humoris biliosi collectione, tenuia intestina obstruente, facto, ejusque causis, signis, et curatione.

Alius convolvulus auriginosus. Inva-dit hic æstatis præcipue tempore, in

fection, purger avec les feuilles de garou en boisson, après avoir fait des fumigations; ou avec le suc d'hippophæ; ou avec les grains de Gnide; et donner, à la suite de la purgation, ce qu'on donne dans les autres cas. On fait prendre, le lendemain, vingt livres de lait d'ânesse cuit. Le malade soupera le soir avec du pain, du mouton bouilli, des sèches bouillies dans du vinaigre, dont il avalera le bouillon. Ayez des lentilles, écrasez-les bien, et y ajoutez de la farine d'orge cuite, qui bouille avec du sylphium et du sel; versez-y du vinaigre; mettez ensuite de l'origan à cuire ensemble; remettez de l'eau qui donne deux ou trois bouillons; remuez bien avec la cuillère, et retirez de dessus le feu, de manière que le tout ne soit pas trop épais. On y jette de l'origan qui ne cuise qu'un moment, pour parfumer. On donne cette décoction une fois par semaine, avant de faire vomir. On fait de temps en temps des fumigations, chaque trois jours, surtout avant l'administration de l'émétique ou du purgatif. On fait aussi prendre des bains tous les trois jours, quand ils paraissent utiles; sinon, l'on fait des onctions. La promenade est recommandée, autant que les forces le permettent, en la proportionnant à la quantité d'aliments. On fait manger des feuilles tendres de sureau et de conyze. A l'aide de cette conduite, la santé se rétablit. L'on guérit dans un an; mais cette affection a souvent répété au bout de deux ans, après qu'on en était délivré. Il faut, dans ce cas, répéter le même traitement. Si la maladie reparait pour la troisième fois, elle ne cause point d'enflure. On tombe dans la maigreur qui commence par le visage, dont la couleur devient plus pâle que ci-devant. L'hydropisie survient quelquefois. On ne doit point alors faire la ponction, elle serait mortelle. Cette hydropisie se soigne comme celle qui vient de la rate. En la traitant dans son origine, elle sera bientôt guérie. Comme le mal est grave, il y faut beaucoup de soin.

45. Autre passion iliaque avec ictère. Celle-ci vient principalement pendant l'été, dans les endroits marécageux, à raison surtout des eaux qu'on y boit. On la contracte souvent aussi quand on s'expose et qu'on se roule au soleil; d'où il résulte des maux de tête. L'état est le même que ci-dessus, à la réserve que la couleur est jaune comme un coing. Les yeux sont pleins de bile. Il faut traiter cet état comme celui de ci-dessus. On fait

paluſtribus locis, ex aquæ autem potione magis. Plerique vero ſub ſole volutati, cum capitis dolore, ejuſmodi jam morbo detenti ſunt. Verum ut priores ſimiliter afficiuntur, colore excepto; pallidus enim exiſtit, ut malicorium, et oculi interdum auriginoso colore implentur.

Hunc, cum ſic habuerit, iisdem, quibus ſuperiorem, curare oportet; Cicerum etiam alborum decoctum potui exhibendum, et vino permiscendum, ejuſque caput medicamento tetragono purgandum. Hic ſuperiore morbo lethalis, et convolvulus auriginosus nuncupatur.

CAPUT XLVIII. — De tertio ileo hæmatite, vel cum hæmorrhagia, ejuſque cauſis, ſignis, ac curatione.

Convolvulus ſanguineus. Cætera quidem copia eadem, quæ prioribus, contingunt; morbus autem per autumnum oriri incipit, in eoque hæc accedunt. Ex ore malus odor exſpirat, a dentibus gingivæ abſcedunt, et ex naribus ſanguis effluit. Interdum vero ex cruribus ulcera erumpunt, et hæc quidem ſaneſcunt, alia vero exoriuntur; color niger eſt, cutis tenuis; ad deambulationem et exercitationem æger alacriter ſe habet.

Hunc ita habentem iisdem, quibus ſuperiores, curato, et ex his alvum ſubluito. Cucumeris agreſtis foliis quinque, tenuiter tritis, mellis heminam dimidiam admisceto, et ſalis pugillum, itemque olei heminam dimidiam, et betarum cocctarum ſucci heminas quatuor. Dato etiam ad purgationem per inferiora lactis aſinini cocti heminas octo, melle aſuſo, et lac bubulum, ſi tempus ferat, quadraginta diebus iſ bibat. Mane quoque lactis bubuli heminas duas bibat, tertia aquæ muſcæ parte etiam interpoſitis diebus admixta.

Hic morbus multa curatione indiget, alioqui non decedit, ſed hominem ad mortem uſque comitatur. Vocatur autem convolvulus ſanguineus.

CAPUT XLIX. — De primo pachyſimo, ſive crassa ventris mole ex pituita et bilis collectione, vel defluxione, orta, ejuſque cauſis, ſignis, et curatione.

Morbi, qui crassi nuncupantur. Ex crassis morbis nuncupatis hi præcipue oriuntur. Cum pituita et bilis in corpore mixta fuerit, in ventrem defluit, cumque ibi coacervata fuerit, attollitur, sursumque ac deorsum, velut unda, discurrit,

hoire l'eau de pois chiches blancs, qu'on mêle avec le vin. On purge la tête avec un errhin. Cette affection est moins dangereuse que la première. On la nomme passion iliaque avec ictere.

46. Passion iliaque sanguine. Les symptômes sont en général comme dans les précédentes. Cette maladie commence dans l'automne. On y remarque une odeur puante qui s'exhale de la bouche et des dents. On a des hémorrhagies des gencives et du nez, quelquefois des ulcères aux jambes, dont les uns guérissent tandis qu'il en vient d'autres. La peau est noire et maigre. On est leste à la course et au travail. Il faut soigner cet état comme les précédents. On pile cinq feuilles de concombre sauvage, auxquelles on ajoute cinq onces de miel, une poignée de sel, cinq onces d'huile, deux livres et demie de décoction de blettes. On donne, pour lâcher le ventre, quatre livres et demie de lait d'ânesse, cuit avec du miel, et le lait de vache, si la saison le permet, pendant quarante jours; la quantité en est de vingt onces le matin, avec un tiers d'hydromel, de deux jours l'un, et l'autre non. Cette affection demande beaucoup de soins, à moins de quoi l'on n'enguerit pas, et elle dure autant que la vie. On la nomme passion iliaque sanguine.

47. (Des affections nommées grossissement. L'auteur en compte quatre espèces, dont la seconde et la troisième sont des maladies aiguës des plus graves.) Les affections appelées grossissement. Quand on grossit outre-mesure, cela provient principalement de la pituite et de la bile mêlées dans le corps, qui se portent au ventre: et quand elles s'y sont ramassées en grande quantité, il s'élève et descend en bas, en flottant sur le pubis. Il se joint à cet état des frissons, des douleurs de tête; on est comme suffoqué de celles qu'on ressent aux entrailles. On vomit de la pituite quelquefois acide, d'autrefois salée. La bouche est amère après le vomissement; il vient des rougeurs sur les côtes, parce que le sang, épaissi par la chaleur de la pituite rassemblée dans le ventre, se jette vers les côtes et y fait des rougeurs: l'on y sent aussi beaucoup de chaud. On ne peut, dans le fort de la souffrance, supporter rien qui touche au corps: il semble qu'on y ait des ulcères. Les chairs palpitent de douleur; les bourses sont tirillées; on souffre du siège et de

rigor et febrisprehendunt, dolor ad caput decumbit, cumque ad viscera pervenerit, strangulatum adfert. Interdum æger pituitam acidam, quandoque vero etiam salsam vomit, cumque vomitione rejecerit, os ei amarum videtur. Latera rubores occupant, pituita namque in ventre existente, sanguis calore coarctatus ad latera fertur, et in iis rubores excitat, eaque calor maxime vexat, ipsique dorsum incurvatur. Cumque maxime doleat, corporis contactum non sustinet; dolet enim tanquam ulceratum, carnes præ dolore palpitant, testes contrahuntur, et ad sedem ac vesicam calor quidam et dolor irrupunt, crassamque urinam, qualem aqua intercutem laborantes, æger reddit, capilli ex capite desluunt, pedes semper frigidi sunt, dolor maxime ad latera, dorsum, et cervicem urget, eique ad cutem aliquid adrepere videtur. Morbus autem interdum quidem urget, interdum vero remittit. At procedente morbo assidue magis urget, cutisque capitis crassa et rubra est. Hic ad sex quidem annos hoc modo affectus perdurat, deinde sudor copiosus et graveolens affunditur, crebro vero per somnum veneris ludibriis agitur, illiusque semen genitale subcruentum prodit, et sublividum. Hic morbus ex solis calore et aquæ potione oritur.

Hunc igitur, ubi sic habuerit, cneoro exhibito per inferiora aliquantulum purgato, aut grano Cnidio, aut hippophais succo. Lactis etiam asinini cocti octo heminas, melle affuso, potui dato. Postero vero die, post purgationem, eadem, quæ aliis, porrigito. Primis autem diebus eadem, quæ aqua intercutem detentus, in cibo accipiat, et si validus fuerit, obambulationibus se exerceat. Quod si invalidus propter febres fuerit, neque cibos comedere possit, lenticolæ sorbitione utatur, et in potu vino nigro, quam maxime austero. Hic morbus autumnoprecipue, et autumnalium fructuum tempore, invadit. Hic si quidem intra sex annos curatus fuerit, bene est; sin minus, ad decimum usque annum morbus perseverat, plerosque vero, nisi confestim adhibita curatio fuerit, ad mortem usque comitatur.

CAPUT L. — De secundo pachysmo, sive crassa hepatis mote a bile, quæ jecoris inflammatio est, ejusque causis, signis, et curatione.

Crassi autem hujusmodi morbi ex bile

la vessie comme si l'on y avait le feu. L'on rend les urines épaisses, comme celles des hydropiques; les cheveux tombent de la tête; les pieds sont toujours froids; les douleurs se font sentir surtout aux côtes, au dos et au cou. On éprouve à la peau des picotements comme si un insecte y courait dessus. Ces maux se déploient tantôt avec force, tantôt médiocrement; à mesure que la maladie avance ils sont plus continus. La peau de la tête s'épaissit et devient rouge. On vit pendant six ans dans cet état, puis viennent des sueurs abondantes fétides. On perd souvent la semence dans le sommeil: elle sort sanguinolente, livide. Cette maladie s'engend e des ardeurs du soleil, et de la trop grande boisson d'eau. On la combattra en purgeant avec les feuilles de garou, ou les grains de Gnide, ou l'hippophané. On donne aussi quatre livres et demie de lait d'ânesse cuit. Le lendemain de la purgation, on fait prendre les mêmes choses que dans les autres cas. On prendra abondamment, dans les premiers jours, les mêmes aliments qui se donnent aux hydropiques; on fera des promenades en rond, quand les forces le permettront. Si le malade ne peut manger à raison de la fièvre, il avalera des purées de lentilles; la boisson doit être du vin rouge du plus âpre. Cette affection vient principalement dans l'automne, à la suite de l'usage des fruits. Quand elle se termine dans six ans, c'est bon; sinon elle en dure quatre autres. On la garde souvent jusqu'au tombeau, quand elle n'a pas été soignée dans le commencement.

48. On voit des grossissements qui proviennent de la bile, lorsqu'elle se jette sur le foie et à la tête. En voici les symptômes. Le foie s'enfle; il se porte sur le diaphragme, où il cause des douleurs. Bientôt la tête s'en ressent; on souffre surtout aux tempes; l'ouïe s'émeuse; la vue s'obscurcit; on a la fièvre avec des frissons. Ces divers accidents se suspendent par temps; ils sont dans le commencement de la maladie, tantôt plus forts, tantôt moins. A proportion qu'elle avance, les maux sont plus grands. La vue s'obscurcit, on la perd entièrement; le malade n'aperçoit point les doigts qu'on lui met devant les yeux; il ne voit plus. Vous connaissez qu'il va perdre la vue, en ce que vous ne ferez pas cligner les paupières, en présentant le doigt près des yeux; et en ce qu'il cherche des fétus sur ses vêtements, croyant y voir des insectes. Lorsque le foie s'ap-

oriuntur, cum bilis ad hepar confluerit, et in capite sedem habuerit.

Sic igitur afficitur. Jecur intumescit, tuncque ad septum transversum expanditur, statimque dolor ad caput, præcipue vero ad tempora, ingruit, neque æger auribus acute audit, sæpe vero oculis non videt, horrorque et febris invadunt. Hæc quidem per morbi initia ei contingunt, et interdum valde quidem, interdum etiam minus intermittunt; quantoque longius morbus processerit, tanto magis corpus dolet, oculorum pupillæ dissipantur, et cacutit æger, sique digitum ad oculos admoveris, id non percipit, quod non videt. Ex eo autem cognosces, quod non videat, quod admoto digito non nictatur, et floccos ex veste stragula detrahit, si quos videat, pediculos esse, ratus. Cumque hepar ad septum transversum magis explicatum fuerit, delirat, eique ante oculos reptilia, et cujusvis generis variæ feræ, apparere videntur, et homines armati, cum quibus ipse pugnare videtur, et tanquam pugnas et bella geri videat, ejusmodi loquitur, irruit, et nisi quis eum exire sinat, minatur, sique surrlexerit, crura attollere non potest, sed decidit, et ejus pedes semper sunt frigidi. Cum dormit per summum exsilium, et terretur, cum insomnia horrenda viderit. Eum autem in somnis exsilire, et terreri, ex eo cognoscimus, quod ad mentem cum redierit, insomnia enarrat, quæque in corpore gessit, et quæ lingua locutus est.

Hæc quidem ad hunc modum patitur, interdum vero per totum diem ac noctem voce defectus jacet, cum multa et conferta respiratione. Quum delirium quievit, statim e vestigio ad mentem redit, et si quis eum roget, confestim respondet, et omnia, quæ dicuntur, intelligit, deinde rursus paulo post in iisdem doloribus decumbit. Hic morbus maxime per peregrinationem contingit, et sicubi deserta loca peragrans, ex viso spectro terrore correptus fuerit. Quin et alias etiamprehendit.

Cum sic habuerit, veratri nigri pondus obolorum quinque ex vino dulci propinato, aut ei ex his infusum injicito. Nitri Ægyptii tali ovilli quantitatem leviter terito, et mellis optimi decocti heminam dimidiam in pila admisceto, et olei tantundem, cum betarum coctarum decocto ad quatuor heminas, per noctem cælo sereno expositas. Quod si voles, pro betæ decocto lac asininum coctum admisceto, eaque permixta, febris detineat, necne,

plique fortement au diaphragme, on tombe dans le délire; le malade croit voir des serpents, différentes espèces de bêtes sauvages, des soldats armés; il se croit au milieu d'eux; il parle comme s'il voyait des combats guerriers; il se précipite, il menace ceux qui veulent l'empêcher de se lever. Si cependant il se lève, il ne peut se soutenir sur ses jambes, il tombe. En dormant il fait des bonds, il a des songes effrayants; on reconnaît qu'il est épouvanté par des songes, parce qu'il rend compte lui-même, quand il revient à lui, de ce qu'il a vu, de ce qu'il disait. Tels sont les accidents qu'on éprouve. D'autres fois on passe des vingt-quatre heures sans mot dire, faisant de grandes respirations. Dès que le délire cesse, la connaissance revient tout entière: on répond tout de suite, pertinemment, à toutes les questions. Bientôt après les mêmes accidents se renouvellent. Cette maladie arrive surtout à la suite des longs voyages, lorsqu'on a traversé des déserts et qu'on y a vu des objets effrayants. Elle vient aussi pour d'autres causes. Lorsqu'on en est atteint, il faut prendre cinq scrupules d'ellébore noir en boisson, dans du vin doux, ou bien un lavement comme il suit: ayez du nitre d'Égypte, de la grosseur de l'os de mouton qu'on nomme astragale; pilez et mêlez en poudre fine; ajoutez dans le mortier cinq onces du plus beau miel, après l'avoir fait cuire, et autant d'huile: étendez le tout dans deux livres et demie de décoction de blettes, exposez au soleil. Vous pouvez, si vous le voulez, substituer à cette décoction le lait d'ânesse cuit. Mêlez bien le tout, et donnez-le en lavement, qu'il y ait de la fièvre ou qu'il n'y en ait point. On prescrit pour nourriture la tisane crémée, cuite avec du miel; l'oxycrat pour boisson, jusqu'à ce que le mal soit jugé. Il l'est dans quatorze jours au plus tard, pour la mort ou pour la vie. Souvent, après qu'il s'est apaisé, il revient; et alors le danger de mort est grand. Cette affection se juge aussi dans sept jours, après lesquels, si on les passe, il n'y a plus de danger de mort. On guérit communément quand on est bien soigné. Lorsque le mal est arrêté on prescrit un bon régime: on accorde peu à peu tout ce que l'estomac désire, qui ne puisse pas l'échauffer, ni occasionner de diarrhée. Ces deux choses sont également à craindre. On fait prendre le bain tous les jours. On ordonne de petites promenades après le repas; des vêtements légers et moelleux; l'usage du lait suivant la saison, et du petit lait pendant quarante jours. En suivant cette

per infusum immittito. Pro sorbitionibus ptisana decocta, melle affuso, utatur. Mel autem, et aquam, ac nitrum, simul permixta bibat, quoad morbus judicatus fuerit.

Judicatur autem quatuordecim ad summum diebus, lethalis sit, necne. Multis vero ubi jam quieverit hic morbus, rursus revertitur, quod, ubi contigerit, periculum est, ne æger consumtus pereat. Judicatur autem morbus septem diebus, lethalis sit, necne, quos si effugerit, fere non moritur, sed in multis curatus decedit.

Cum vero cessaverit morbus, optima victus ratione æger utatur, sensim adjiciens, quæ ventriculus suscipiat, ut non exuratur, neque alvi profluvium superveniat. Utrumque enim cum periculo conjunctum videtur. Balneo æger quotidie utatur, et post cibos moderate obambulet, vestem levem ac mollem induat, lac et serum, si anni tempus ferat, per dies quinque et quadraginta bibat. Quæ cum fecerit, citissime sanus evadet. Morbus autem difficilis est, multaque cura indiget.

CAPUT LI. — De tertio pachysmo, seu crasso crurum tumore a pituita putrida orto, ejusque signis, et curatione.

Alius crassus morbus. Oritur autem ex pituita putrefacta. Ex eo vero, unde oritur, putridum esse, manifestum est, quod inde ructus emittitur cum ejusmodi odore, qualem habet, qui radicales ederit. Ejusmodi morbus a cruribus oriri incipit; deinde ab his ad ventrem ascendit, cumque ad ventrem pervenerit, rursus ad viscera recurrit, et ubi in his constiterit, strepitum edit, et vomitionem ciet, simul pituitam acidam subputridam vomitione rejiciens, quam cum vomuerit, sibi non constat æger; deinde anxietudo est circa viscera, interdumque tam gravis dolor repente capiti adhærescit, ut neque acute audire, neque præ gravitate videre queat; sudor etiam multis graveolens effunditur præsertim quum dolor definet, morbique remissionem facit. Color, qualis in morbo regio ostenditur, hicque morbus priore paulo minus lethalis est.

Huic ita habenti ventrem inferiorem hippophais succo purgato, superiorem vero per veratrum, caputque tetragono purgato, cumque per veratrum purgatus fuerit, postridie lacte asinino cocto aliquantulum purgato. Tertio autem die

pratique, on est bientôt guéri. Cette affection est grave; elle demande beaucoup de soins.

49. Autre grossissement. Celui-ci provient de la lymphe putréfiée. La pourriture est ici prouvée par l'odeur fétide des rapports, qui sentent comme si l'on avait mangé des raves. Cette affection commence par les jambes; elle monte de là au ventre. Après s'y être établie, elle se porte sur les boyaux. On y entend du bruit; il y a des envies de vomir, suivies de vomissements de pituite aigre, putride, qui mettent le malade hors de lui-même. Il ne sait comment supporter le mal qu'il ressent; quelquefois il a subitement de vives douleurs de tête; il ne peut ni entendre ni voir, à force de douleurs. Des sueurs fétides coulent en abondance, surtout quand les douleurs sont violentes. Ces sueurs les apaisent, et rendent le mal plus supportable. La couleur de la peau est celle de l'ictère. Cette affection n'est pas aussi mortelle que la précédente. Quand on en est atteint, il faut purger le ventre par bas avec l'hippophée; par haut, avec l'ellébore; et la tête avec un erhin. Lorsqu'on a fait vomir avec l'ellébore, on lâche le ventre le lendemain avec du lait d'ânesse cuit. On continue, le troisième jour, avec celui de chèvre cuit, et le quatrième et le cinquième. On donne ensuite le lait de vache cru pendant vingt jours, ou bien celui de chèvre: on y mêle un tiers d'hydromel; la quantité de lait est de dix livres. Après la purgation on donne les mêmes choses qu'aux hydropiques. Dans le reste du temps, lorsqu'on a fini l'usage du lait, on fait souper avec du pain bien cuit et du poisson, tel que le scorpeno, le tapeçon, le rouget, un morceau d'ange bien bouilli, assaisonné; ou bien du mouton ou du poulet bouilli. La boisson sera du vin blanc, si on s'en trouve bien; sinon du rouge qui soit âpre. On se promènera après souper en se préservant du froid. On usera des aliments que je viens de dire si on s'en trouve bien: dans le cas contraire, on se tiendra à la nourriture liquide, aux crèmes d'orge ou de millet. Cette affection se guérit si on passe trente jours. On connaît, dans cet intervalle, si elle doit être mortelle ou non.

50. Autre grossissement. Il est produit par la pituite blanche; elle s'établit dans le ventre, à la suite des fièvres très-longues.

caprino cocto; eodemque sane modo quarto et quinto. At reliquis viginti diebus lac bubulum crudum, sive etiam caprinum, tertia aqua mulsæ parte admixta, ad congiuntum potui exhibeto. Post inferiorem autem purgationem, eadem, quæ aqua intercutæ detentis, medicamenta porrigo. Reliquo tempore, quum lac hibit, in cœna panem exassatum sumat, pro opsonio vero habeat, ex piscibus quidem scorpium, aut callionymum, aut cuculum, aut squatinæ frustum cum condimentis coctum. Ex carnis vero ovillas, aut pulli gallinacei, easque cocctas. Vinum bibat album, si conferat; sin minus, nigrum austerum, deinde obambulet, postquam comederit, ut ne frigeat. Huic igitur prædictos cibos, si conferant, exhibeto; sin minus, sorbitiones ex ptisana et milio. In hoc morbo, si triginta dies æger præterierit, sanus evadit. Hi enim, lethalis sit, necne, discernunt. Est autem difficilis morbus.

CAPUT LII. — De quarto pachysmo ex alba pituita in alvo collecta, ejusque curatione.

Alius crassus morbus. Oritur ex pituita alba; in ventre vero colligitur, ubi febres diuturnæ corpus occupant. Hic morbus initium sumit a facie, quæ intumescit, deinde ad ventrem defertur, quo cum pervenerit, ventrem in magnitudinem attollit, corpusque, velut ab exercitatione, lassitudine laborat, in ventre ponderis sensus, et dolor vehemens, inest, et pedes intumescunt. Quod si pluvia in terram effusa fuerit, pulveris odorem non sustinet. Si vero in pluvia forte fortuna constiterit, et terræ odorem senserit, derepente concidit. Hic morbus, quum intermittit, diutius tamen priore occupat, et tardius solvitur.

Eum autem iisdem, quibus aquam intercutem, curare oportet, fomentis videlicet, medicamentis, cibariis, et exercitationibus vehementibus.

Hic morbus per sex annos detinet, deinde probe curatus cum tempore decedit, etiamsi per exordia non curetur. Est autem molestus morbus, multamque curam postulat.

CAPUT LIII. — De quadruplici ischiade, arida, biliosa, pituitosa, et sanguinea, et de cujusque causis, signis, et curatione.

De coxario morbo. Coxendicum autem

gues. Cette affection commence par se manifester au visage; il devient enflé; puis l'enflure se fait remarquer au ventre. Lorsque la pituite s'y établit le ventre devient fort gros. On se sent épuisé comme après de grandes fatigues. On a un poids et des douleurs dans le ventre. Les pieds s'enflent. On se trouve fortement incommodé de l'odeur de la terre quand il pleut (1); au point que, s'il pleut, et qu'on sente cette odeur de la terre, on tombe en syncope. Cette affection a des relâches, après lesquels elle recommence pour durer plus longtemps. On n'en est délivré que fort lentement. Il faut la traiter comme l'hydropisie, avec les mêmes suctions, les mêmes purgations, les mêmes aliments, les mêmes exercices. Elle dure communément six années; elle se dissipe ensuite complètement, quand on la soigne comme il faut, quoique même on ne l'ait pas soignée dès son origine. Cette maladie est grave, et mérite beaucoup d'attention.

51. (De la sciatiue.) La sciatiue est souvent occasionnée pour avoir resté long-temps au soleil, ayant les cuisses exposées à ses ardeurs, en sorte que l'humeur de l'articulation du fémur en est desséchée et épaissie. La preuve en est que le malade ne peut tourner, ni remuer les os articulés, à cause des douleurs qu'il ressent dans leur mouvement, et que les vertèbres sont comme collées l'une à l'autre. On souffre beaucoup aux lombes, à l'épine, à l'endroit où les vertèbres s'appuient sur les bords de l'ischium et aux genoux. On a souvent aux aines et à l'ischium des douleurs aiguës, brûlantes. Si l'on veut lever le malade, ou le remuer, il pousse aussitôt des cris perçants; il tombe même quelquefois dans des convulsions: il y a de la fièvre, avec des frissons. Cette affection est produite par la bile et la pituite. Le sang concourt aussi à exciter les douleurs, à peu près

(1) Des médecins estimables par leur jugement ont été fort choqués de trouver ici ce symptôme. Haller est du nombre. Je pense que ce symptôme a dû se montrer chez quelque malade, et que l'auteur aura ici, vraisemblablement comme ailleurs, trop généralisé les observations particulières.

morbis his ex causis multis præcipue oritur, si quis per multum tempus in sole versatus fuerit, et coxendices incaluerint, humorque, qui in articulis inest, ab æstu resiccatus fuerit. Quod autem resiccetur ac concreseat, id mihi indicio est. Æger enim articulos, præ dolore, qui in eis est, vertere aut movere non potest, et eo, quod digiti constricti sunt. Dolor est ad lumbos præcipue, et vertebrae, quæ ad coxendices obliquæ sitæ sunt, et genua. In inguinibus autem simulque coxendicibus dolor acutus et æstuosus diu insistit, et si quis eum erigat, aut transmoveat, præ dolore, quantum potest, ingemiscit. Interdum vero etiam convulsio, et rigor, et febris superveniunt. Oritur autem etiam a bile et pituita, oritur quoque etiam a sanguine, dolorque consimilis est, velut ab omnibus morbis, rigorque et febris levis interdumprehendunt.

Sed eum, qui hoc morbo ex sole tentatur, hoc modo curare oportet. Corpus ejus, adhibito fomento, humectato, et cibos et potus, aliaque exhibenda, tepida et humida, eaque omnia cocta exhibeto. In cibo æger maza utatur molli, nullo humore subacta, vinum bibat album, aquosum, et corpore quietem agat, et quamvis exsurgere nequeat, parum tamen quotidie obambulet, neque frigeat, neque multum lavet. Quumque tibi probe habere, corpusque humectum esse videbitur, levi adhibito fomento, multum foveto. Magis autem relaxat, et quod in articulis compactum est, perhumectat. Postero vero die granum cnidium propinato. Quod si non juverit, hoc per infusum immittere oportet. Cape cumini triti heminam dimidiam, colocynthidem non dissectam, parvam et rotundam, in pila contusam, et tenuissime tritam, et nitri ægyptii rubri, tostii et levigati, minæ quadrantem. Hæc in ollam immitto, et olei heminam affundito, et mellis heminam dimidiam, vini albi, et succi betæ, heminam, hæc, quoad probam crassitudinem habere tibi videantur, coquito. Deinde his, per linteum excolatis, mellis atticis heminam admisceto, nisi mel simul coquere velis. Quod si atticum desit, mellis optimi cocti-heminam in pila admisceto. Si vero infusum crassitudinis ratione, affundito, eoque infusum alvum subluito. Deinde sinito ad tres dies usque, ut purgetur. Quod si pluribus diebus purgetur, lactis bubuli, aut caprini, heminas tres ebibendas dato,

comme dans toutes les maladies. La fièvre est quelquefois médiocre.

52. Voici comment on traite le mal, quand il est occasionné par le soleil. On humecte le corps, au moyen des fumigations, des alimens, des boissons. On ne donne rien au malade qui ne soit tiède, humide et bouilli. Il doit manger, aux repas, du gâteau légèrement pétri, boire du vin blanc trempé d'eau, garder le repos; et, quoiqu'il ne puisse se lever qu'avec peine, se promener cependant un peu tous les jours; éviter le froid, se baigner peu. Lorsque vous croirez que le corps est bien humecté, vous ferez des fumigations fréquentes, très-courtes. Elles pénétrant ainsi jusqu'aux articulations, dont elles fondent les humeurs épaissies. Le lendemain, vous prescrirez les grains de Gnide en décoction; si le mal ne se dissipe point, il faudra donner le lavement suivant. Ayez cinq onces de cumin, que vous pilerez; une petite coloquinte ronde entière, que vous écraserez et broierez dans le mortier; quatre onces de nitre rouge d'Égypte, calciné et pulvérisé: mettez le tout ensemble dans un pot, y ajoutant dix onces d'huile, cinq onces de miel, dix onces de vin, avec suffisante quantité de suc de blettes. Faites cuire jusqu'à consistance requise; coulez à travers un linge. Vous pouvez ajouter dix onces de miel attique, si vous ne voulez en employer de cuit. Quand on n'a point de miel attique, on peut y en substituer dix onces d'un autre qui soit du meilleur, et le mêler dans le mortier. Si le mélange est trop épais, on l'étendra avec du vin, en quantité suffisante, pour être administré en lavement. On laisse trois jours, s'il le faut, pour l'effet de ce purgatif. S'il se proroge au-delà, vous ferez boire trente onces de lait de vache ou de chèvre; puis vous prescrirez de manger des blettes grasses, bien assaisonnées. On reste souvent estropié à la suite de cette maladie.

53. Lorsque la sciatique provient de la bile, on purge par bas avec l'ellébore en boisson, ou avec le suc de scammonée. A la suite de la purgation, on donne de la tisane crémée, où l'on met du miel; l'on en fait prendre vingt onces le jour suivant ou le troisième. Après des fumigations préalables, on lâche le ventre avec du lait d'ânesse cuit; on fait manger, le soir, vingt onces de blettes grasses, saupoudrées de farine d'orge;

postea betas pingues insulas, condimentis adpersis, comedendas præbeto.

Ex hoc morbo multi claudi evadunt.

At vero, si ex bile morbus hic originem sumserit, veratrum, aut scammonii succum, deorsum purgans, ei propinato. Post ejusmodi vero purgationem, succi pituitæ, melle affuso, acetabula duo sorbenda exhibeto. Postero autem aut tertio die, admoto fomento, lacte asinino cocto aliquantulum purgato. Sub vesperum betæ pinguis, polenta adpersa, acetabula duo æger comedat; vinum album, aquosum, dulce, et nunc, et post medicamenti purgationem bibat.

Si vero ex pituita ægrotet, ei granum cnidium, aut hippophaen, post admotum fomentum propinato. Post purgationem autem easdem sorbitiones, et potus, et lactis potionem adhibere oportet. Interjectis vero diebus, quam levissima victus ratione æger utatur. Et si quidem ab his juvetur, sat est; sin minus, ei multas et altas crustas, in carnosis quidem partibus per fungos, in osseis vero per ferramenta, inurito.

Quod si ex sanguine ægrotarit, post adhibitum fomentum, et cucurbitulam admoveto, et venas in poplite secato. Si vero tibi etiam videatur, granum quoque cnidium ei propinato; quam sicissima autem victus ratione is utatur. Vinum quidem potius ne bibat, sed si sane bibere velit, quam minimum et dilutissimum exhibeto, et modicum obambulare jubeto, aut, si possit, plurimum.

Expituita etiam ægrotanti eadem facere confert.

Quod si stare nequeat, eum creberrime in lecto circumferre oportet, quacunque, ex causa ægrotet, et per omnia similiter, ut ne intus cartilago coalescat; sin vero coaluerit, et articuli concreti fuerint, omnino hominem claudicare, necesse est.

Etsi ei, qui ex sanguine ægrotat, velis per infusum alvum subluere, ut pituitam et sanguinem a coxendicibus deducas, ex his infusum parare oportet. Salis pugillum tritum ad olei heminam admisceto, et hordei decocti heminas duas injcito, deinde ejusmodi infusum immitto. Hac curatione citissime sanum reddes. Morbus autem difficilis admodum et diuturnus est.

CAPUT LIV. — De tetano, ejusque causis, et curatione.

Nervorum distentiones tres, tetani vulgo dicti.

on donne, en boisson, du vin blanc doux, trempé d'eau, tant alors qu'après la purgation.

54. Si la maladie est produite par la pituite, on purge en boisson avec les grains de Gnide, ou avec l'hippophæ, après avoir fait des fumigations. On donne, après la médecine, la même nourriture liquide, les mêmes boissons, et le lait. On prend, dans les jours de repos, des aliments très-légers. Si le malade se trouve mieux en suivant cette pratique, c'est bon. Dans le cas contraire, on cautérise profondément sur les chairs avec un fer rouge; sur les os, avec le fûngus.

55. Quand la sciatique vient du sang, il faut cautériser, appliquer des ventouses scarifiées; ouvrir les veines du jarret; donner les grains de Gnide, s'il paraît nécessaire; prescrire un régime très-desséchant. Il serait avantageux de ne pas boire de vin. Si le malade en veut absolument, il doit du moins n'en boire que peu, fort trempé. Il faut qu'il fasse de petites promenades quand il le peut; il ferait bien de beaucoup marcher. On suit avantageusement cette pratique, lorsque la sciatique provient de la pituite.

56. Si le malade ne peut marcher, il faut le remuer souvent dans le lit, quelle que soit la cause de la sciatique, afin que les cartilages des articulations ne contractent point d'adhérences. Quand il s'y fait des ankyloses, on reste nécessairement estropié. Vous donnerez des lavements, si vous le jugez à propos, dans la sciatique produite par le sang, afin d'éloigner la pituite et le sang de l'os ischium. Ils seront composés de la manière qui suit. Ayez environ une drachme de sel pilé, que vous mêlerez avec dix onces d'huile et vingt onces de décoction d'orge cuit; donnez en lavement. — Au moyen de cette pratique, la sciatique se guérit assez promptement. Cette affection est rebelle, et de longue durée.

57. (Du tétanos et de l'opisthotonos.) Trois espèces de tétanos. Voici quels sont les symptômes. Lorsqu'il est occasionné

Si quidem ex vulnere corporis nervorum distentio contingat, sic æger afficitur. Maxillæ constringuntur, os diducere nequit, oculi lacrymantur et contrahuntur, dorsum rigidum est, neque crura, neque manus, neque is spinam inflectere potest. Cum vero lethalis fuerit, potus et cibi, quos ante æger devoravit, interdum per nares sursum feruntur.

Huic, cum sic habuerit, fomenta admoveere oportet, et pingui inunctum eminus ad ignem calefacere, et tepefactoria, inuncto corpore, adhibere. Et absinthium aut lauri folia, aut hyoseyami semen tritum, et thus, deinde vino albo macerata, in ollam novam infundito, deinde tantum olei quantum vini affundito, quibus calefactis, multum calidis corpus et caput ungit. Postea reclinatum, perfusione per carnem facta, vestibus albis, mollibus et puris contegito, ut vehementer exsudet. Aquam mulsam tepidam, si eam quidem bibere possit, per os exhibeto; si vero non possit, per nares infundito. Vinum album, quam suavissimum et copiosissimum, potui dato. Quæ quotidie facienda sunt, donec sanus evadat.

Morbus autem difficilis est, et confestim curatione indiget.

CAPUT LV. — De opisthotono, ejusque signis, et curatione.

Distentio in posteriora opisthotonus nuncupata. In distentione ad posteriora (opisthotono dicta), in reliquis eodem ut plurimum modo afficitur æger. Oritur autem, cum circa posteriores cervicis tendones, aut ex angina, aut uva, aut locis ad tonsillas purulentis affectus fuerit. Interdum vero etiam ex capite, cum febres supervenerint, convulsio succedit, quin etiam et ex vulneribus. Hic in posteriora trahitur, et præ dolore, quo circa dorsum et pectus detinetur, lamentatur. Hic vehementer convellitur, ut ægre quidem, qui adsunt, eum continere possint, quin ex cubili excidat. Hic frequenter quidem die dolore afficitur, frequenter etiam levius habet.

Cum sic habuerit, ei eadem, quæ priori sunt, exhibenda. Hic vero morbus, ut longissime, ad dies quadraginta detinet, quos si effugerit, convalescit.

CAPUT LVI. — De tetano ab exteriori causa potissimum facto, ejusque signis, et curatione.

Alia distentio. Hæc distentio minus, quam priores, lethalis est, ab iisdem

par quelque blessure, on a la mâchoire bridée, au point qu'il est impossible d'ouvrir la bouche, les yeux sont larmoyants et tournés; le dos est raide; on ne peut fléchir ni les jambes ni les bras. Lorsque le tétanos est mortel, on n'a pas plutôt avalé quelque chose, qu'on la rend aussitôt par les narines. Il faut, pour cette affection, faire des fumigations et des fomentations, à la suite d'onctions avec des matières grasses. On y emploie l'absinthe, les feuilles de laurier, les graines de jusquiame pilées, et de l'encens; on les met à macérer avec du vin, dans un pot neuf; puis on y verse autant d'huile qu'on a mis de vin. On fait chauffer, et l'on en frotte bien tout le corps et la tête, tandis que c'est chaud; puis on étend le malade sur un lit pour arroser sa peau de ce qui reste. On le couvre mollement et proprement, afin de tâcher d'obtenir les sueurs. On donne de l'hydromel tiède, par la bouche, lorsque le malade peut boire. Quand il ne le peut, on le fait entrer par les narines. On fait avaler aussi du vin rouge, du plus doux, en quantité. On renouvelle les mêmes choses, tous les jours, jusqu'à guérison. Cette affection est grave; elle demande beaucoup de soin.

58. L'opisthotonos. Les symptômes y sont à peu près les mêmes. Il a lieu, lorsque les tendons de derrière le cou sont raides. Il vient à la suite de l'esquinancie, ou de l'inflammation de la luette, ou de la suppuration des amygdales. Cet état convulsif vient aussi dans les fièvres qui attaquent la tête, comme quand elle se trouve blessée par derrière. On sent de vives douleurs au dos, à la poitrine; on pousse des cris; on a de si fortes convulsions, que les assistants ne peuvent quelquefois empêcher le malade de tomber du lit. Elles viennent par accès, dans la journée, avec des relâches, durant lesquels on souffre moins. Cet état se traite de la même manière que le précédent. Sa plus longue durée est de quarante jours. Si on les passe, on guérit.

59. Autre tétanos. Celui-ci est moins mortel que les deux précédents. Les causes en sont les mêmes. On le contracte souvent pour être tombé sur le dos. En voici les symptômes. Tout le corps est dans le spasme; quelquefois il n'y a qu'une partie de raidie, celle où le mal se porte dans le commencement. On marche, puis on finit par garder le lit. Le

autem oritur. Plerique vero ex casu in posteriora in morbum inciderunt.

Sic igitur afficitur æger. Corpus totum convellitur, interdum vero ad quamcunque corporis partem forte contigerit, ea convellitur. Et primum quidem circumambulat; deinde successu temporis in lectum decedit, rursusque dolor et convulsio remittunt, cumque surrexerit, si forte paucos dies huc et illuc oberravit, postea rursus iisdem conflictatur doloribus. Atque hæc ei contingunt, crebroquæ mutatur. Si quid comederit, id non nisi ægre, et exustum, per inferiora secedit, sed ad pectus cibus deferitur, et suffocationem facit.

Hunc si eodem, quo priores, modo curaveris, citissime sanum reddes. Infusum autem ex ptisanæ coctæ cremore, cum melle, in alvum injicito.

mal s'apaise ensuite pendant quelques jours, et il revient derechef. Ces alternatives durent long-temps. Quand on a mangé, on ne rend les selles qu'avec peine; elles sont brûlantes. Le manger se jette sur la poitrine, où il occasionne des suffocations (1). Vous guérirez facilement cette affection en la traitant comme les deux précédentes; on y donne des lavements, avec la décoction d'orge, où l'on fait cuire du miel.

(1) Cette troisième espèce de tétanos me paraît avoir quelque analogie avec un état que nous traitons aujourd'hui, quelquefois sous le nom de vapeurs, plus commun chez les femmes que chez les hommes.

HIPPOCRATIS DE HIS, QUÆ AD
VIRGINES SPECTANT, LIBER.

PRÆFATIO.

Fragmentum libri, quod Foesius præ-
ludium tractationis de morbis mulierum
esse putat (1). Sed qui in ejusdem libro
Post hæc byssinum linteum, magni tithymalli succo imbutum, usto æris flore, et trito, adpersum, in collyrii formam, fistulæ longitudini æqualem, intorque, filo per extremum linamentum, rursusque per summum caulem trajecto, homineque supino reclinato, ubi adhibito instrumento ad sedem diducendam idoneo (quod *κατοπτρη* dicitur), in ano, quid perrosus sit, conspexeris, eo allii caulem demittito, atque, ubi in anum demissus fuerit, præhensum trahito, donec linamentum impulsus superiori ac inferiori parti adæquatum fuerit. Quo intro impulso, glandem corneam, in anum inditam, podice creta cimolia illito, ibi sinito, cumque desidenti cupiditas adfuerit, eximito, rursusque immittito in quintum diem usque. Sexto vero eximito, foras linamento e carne educto, posteaque glandem, alumine trito impletam, in anum immissam, ibi, dum alumen liquescat, sinito. Podicem vero, quoad convenire videatur, myrrha illinito.

Alia curatio. Linum crudum quam tenuissimum, quincuplex palmi longitudine in unum complicatum, seta equina circumvolvitur, tum stanneum specillum, extrema parte perforatum, ita comparatum, ut in id lini complicati caput inseratur, in fistulam demittitur, simul-

On y fait passer le bout de la tige d'ail, que l'on saisit dès qu'elle se montre dans le rectum, en tirant jusqu'à ce que la bandelette ait suivi, et qu'elle soit arrivée à l'un et l'autre bout de la fistule : après l'avoir donc fait passer, on bouche l'anus avec un gland de corne enduit de terre cimolée. On le laisse durant sept jours, ne l'ôtant que lorsque le malade veut aller à la selle, pour le remettre aussitôt. Le sixième jour, on retire la bandelette; on charge le gland d'alun pulvérisé, et on le replace à l'anus, jusqu'à ce que l'alun soit fondu. On fait à la partie les onctions convenables avec la myrrhe, jusqu'à ce que la cicatrice soit faite.

3. Autre traitement. On a du lin cru très-fin, que l'on tord autour d'un crin de cheval, sur la longueur d'environ cinq empans. On prend ensuite une sonde d'étain avec un trou au bout, dans lequel on passe le lin; puis l'on introduit le doigt index de la main gauche dans l'anus. Quand la sonde y touche, on la retire avec le doigt, en la recourbant autant qu'il est besoin. Le lin étant passé, on y fait deux ou trois nœuds; après quoi on noue encore ce qu'il y a de superflu en longueur, et l'on permet au malade de vaquer à ses affaires. Le reste consiste à tordre tous les jours le lin, et à le faire avancer à mesure que la fistule se détruit tombant en pourriture. Si le lin se pourrissait, on en mettrait d'autre autour du crin. On mêle le crin avec le lin dans cette vue, parce que le crin ne se pourrit pas. — Quand on ouvre la fistule, ce doit être en incisant, et l'on y met des éponges fines: on introduit dans la fistule de la fleur d'airain calcinée, et l'on pousse avec le doigt index de la main gauche une éponge en avant, dans l'anus, chargée de miel. Par-dessus cette éponge on en met une autre, pour recevoir les humeurs, et on l'attache, ainsi que cela se pratique dans le cas des hémorrhoides fluentes. Le lendemain, en levant l'appareil, on lave avec de l'eau chaude, et l'on tâche de nettoyer le fond de la fistule avec une éponge, se servant de l'index de la main gauche. On met ensuite derechef de la fleur d'airain, maintenant l'appareil avec un bandage. On continue ainsi pendant sept jours. C'est le temps nécessaire pour détruire les callosités de la fistule. On ne cesse point de mettre un appareil, jusqu'à guérison complète. En traitant une fistule, suivant cette méthode, la découvrant et l'obligeant à se développer au moyen des éponges, on se met à l'abri des récidives, et qu'elle ne se remplisse de nouveau. La guérison est ainsi assurée dans toute l'é-

que sinistrae manus index in sedem injicitur. Atque ubi specillum digitum contigerit, id extrema parte inflexum, unaque lini caput, quod per specillum trajectum est, digito educitur, et specillum quidem iterum extrahitur. Lini vero capita bis, terve connectuntur, et quod dependet, ex lino intortum, in nodum alligatur. Postea aeger ad suas res obeundas dimittitur. Reliqua curatio. At eatenus linum singulis diebus intendere, ac intorquere semper oportet, quatenus putrescente fistula laxatur. Quod si tibi, antequam fistula exedatur, linum crudum computrescere videatur, alterum item ad setam alligatum trajiciendum, et connectendum. Eo namque nomine seta lino crudo addicitur, quod minime putrescit. At postquam fistula computruit, spongiam mollem, quam tenuissime incisam, apponere convenit, tum copiosum aërisusti florem per specillum quidem in fistulam injicere. Spongiam vero melle illitam, inditam, medio sinistrae manus indice intrudere, additaque altera spongia, eam deligationem, quae fit, cum ora venarum sanguinem fundere sunt solita, apponere. Quo postridie soluta, fistula aqua calida perluenda, tentandumque, ut per spongiam sinistrae manus digito perpurgetur, rursusque injecto aëris flore vinculum alligandum, idemque septem diebus faciendum. Intra hos enim fere dies fistulae tunica consumitur. In reliquo, dum sanescat, hic deligationis modus asservandus. Hac enim ratione fistula, per spongiam coacta et expansa, neque rursus committetur, neque hac quidem sui parte curabitur, hac vero rursus implebitur, sed ipsa universa sanescet. In hac vero curatione copiosa calida perfundere juvat, et inediam imperare.

Quod si fistula minime exesa fuerit, demisso ante specillo, ferro, quoad penetrarit, aperienda, et aëris flore respergenda, et per dies quinque sinenda. Tum aqua calida affundenda, et farina, aqua subacta, superimponenda, foliaque betulae alliganda. Atque ubi aëris flos deciderit, purumque fistulae ulcus fuerit, eadem, quae prius, curatio adhibenda; sin locus feramentum ferre non potest, atque penetrat fistula, flore aëris, myrrha, et nitro, ex urina dilutis, colluitur, et in fistulae osculum plumbeum aliquid immittitur, ut ne coalescat. Abluere autem fistulam convenit, per pennam vesicae alligatam, et in fistulam demissam, ut per hanc infusum transmittatur. Verum non nisi sectione sanescit.

tendue du mal. Il faut, durant le traitement, laver beaucoup la partie, et faire observer une diète sévère.

4. Quand la fistule n'est pas profonde, on se contente d'introduire une sonde, sur laquelle on fait la section, et de saupoudrer avec la fleur d'airain, qu'on y laisse pendant cinq jours. Ensuite on lave avec de l'eau, où l'on a délayé de la farine, et l'on met des feuilles de bette qu'on assujettit. Lorsque la fleur d'airain est tombée, et que la plaie est mondifiée, on finit la cure comme ci-devant.

5. Si la fistule est située de manière à ne pouvoir être coupée, parce qu'elle est trop profonde, on traite avec la fleur d'airain, la myrrhe et les lotions, y tenant une sonde qui empêche les bords de se fermer. Outre les lotions, on fait des injections au moyen d'une vessie, à laquelle est attaché un canon de plume; mais il est difficile de guérir sans couper.

6. Quand le rectum est enflammé, on a des douleurs avec la fièvre, de fréquentes envies d'aller à la selle, et souvent des ardeurs d'urine. Cet état est occasionné par la pituite, qui se porte du corps vers le rectum. L'eau chaude y est très-bonne, en ce qu'elle atténue, qu'elle fond la pituite, et qu'elle dissout les sels et les acres: elle calme ainsi les ardeurs et elle diminue l'irritation du fondement. Voici donc le traitement: On fera prendre des demi-bains chauds; on donnera un lavement avec dix onces de vin, cinq onces d'huile, et soixante (1) grains de Gnide. Ce remède met dehors les glaires et les matières fécales. Durant tout le temps que le malade n'est pas dans le demi-bain, on tient autour du périnée un cataplasme chaud, fait avec des œufs brouillés et cuits avec de bon vin, ou une vessie pleine d'eau chaude. On mêle de l'alun d'Égypte en poudre, avec de la farine d'orge; l'on en forme un suppositoire, qu'on fait chauffer avant de l'introduire dans le siège, et l'on oint l'intérieur d'un cérat. On applique des cataplasmes d'ail cuit avec de bon vin; quand on les ôte, le malade se remet dans le demi-bain d'eau chaude. On mêle aussi ensemble du suc de pomme épineuse, de la graisse d'oie, de la chrysocolle, de la résine et de la cire blanche. On incorpore ce mélange en le fondant; il sert à faire des onctions. Le cataplasme d'ail

(1) Cette dose paraîtra bien forte, et peut-être s'est-il glissé ici quelque erreur dans le texte.

Si vero rectum intestinum inflammatione tentetur, dolor ac febris teneat, crebraque sit desidendi cupiditas, nihil tamen æger deiciat, præ inflammatione videatur sedes procidere, interdumque urinæ stillicidium prehendat, quod morbi genus oritur, cum pituita ex corpore in rectum intestinum incubuerit; conferunt autem calida, quæ certe pituitam extenuare, et eliquare valent, simulque, quod acre est, et salsum, in humorem solvere, ita, ut neque æstus, neque morsus aliquis in intestino sentiat. Hæc igitur est curatio. Ægro, in aqua calida desiderare jussu, grani cnidii sexaginta grana trita, vini hemina diluuntur, adjectaque olei dimidia hemina, tepido alvus subluunt. Hæc pituitam et sterces educunt. Ubi vero in aqua non desidet, ova, vino nigro odorato incocta, ad sedem admoventur, inferne substrato calido aliquo, vel vesica aqua calida referta, aut lini semine tosto, trito, et in tenuissimum pulverem redacto, cum pari farinæ modo, vino nigro odorato, et oleo subacto, ex cataplasmate quam calidissime imposito. Aut ex hordeo, alumini ægyptio contrito mixto, glans oblonga conficitur, coque ex igne tepido, cataplasmate aut fotu adhibito, digitis glans effingitur, deinde omnino tepida in sedem immittitur. Exterioribus partibus ceratum oblinitur, et allia, vino nigro diluto incocta, ex cataplasmate admoventur. Hoc vero sublato, æger in aqua calida desiderare permittatur, admixtoque solani succo, anserino adipe et suillo, chrysocolla, resina et cera alba, his deinde simul liquatis, et inter se mixtis illinitur, et quoad inflammatione perseveravit, cataplasma ex alliis coctis admoventur. Ac siquidem his remediis dolor cedat, satis est prasidii; sin minus, meconium album potui exhibeatur, aut aliud quodpiam, quod pituitam purget, dumque inflammatio maneat, levibus sorbitiunculis utatur.

At urinæ stillicidium ex his succedit, cum vesica a recto intestino incalescente, calore, pituita adducitur, urinæ vero stillicidium ex pituita gignitur. Hoc igitur una cum morbo plerumque finitur; alioqui medicamenta, quæ ad urinæ stillicidium faciunt, exhibentur.

Si vero anus procidat, spongia molli sursum impellendus, et cochlea illinendus, manibus devinctis homo paucis temporis intervallo suspenditur, et intus reponitur. Quod si amplius prolabatur, neque intus maneat, ilibus præcinctis, et submissa retro fascia, ano intro pro-

duit se continue durant tout le temps qu'il y a inflammation. Si le mal cède à ces remèdes, cela suffira. Sinon, on fera boire du suc de pavot blanc (1), ou tout autre remède qui purge la pituite. Durant que l'inflammation persiste, la nourriture doit être fort légère.

7. La strangurie se joint à cet état, parce que la chaleur du rectum se communique à la pituite de la vessie. Cet accident se termine avec la maladie principale. C'est du moins ce qui arrive communément. Sinon, on fera les remèdes de la strangurie.

8. Quand il y a une chute du rectum, on le repousse avec une éponge molle. On y fait des onctions au moyen d'une spatule destinée à cet effet. On suspend, *s'il le faut*, le malade par les pieds, après lui avoir attaché les mains, et l'on fait facilement ainsi rentrer le boyau. Si la chute est considérable, et que le boyau, après être rentré, ne reste point dedans, il faudra mettre aux reins un bandage qu'on fera passer dessous par derrière, pour contenir une éponge douce, qu'on introduira dans l'anus, imbibée d'eau chaude où l'on aura fait bouillir des brins de lotier. On lave préalablement l'anus de la même eau, avec une éponge, et on attache ensuite la bande sur le devant, au-dessous du nombril. Quand la personne aura à aller du ventre, elle s'appuiera sur deux planches qui soient très-près l'une de l'autre. Si c'est un enfant, il se tiendra entre les deux genoux de sa mère; en allant à la selle, on placera ses jambes tendues en avant. Ce sont diverses situations qui font que le rectum ne sort pas aussi facilement.

8. Si l'anus est mouillé parce qu'il en sort des humeurs sanieuses, il faut laver avec du marc de vendange torréfié et de l'eau. On y met dessus de la poudre sèche de capillaire pilé et tamisé. Quand il en découle du sang hémorrhoidal, on ajoute du vitriol à l'eau de la lotion, ou de la râpure de cèdre ou de pin ou de térébinthe, mettant autant d'une d'elles que de vitriol. On oint l'extérieur avec une pommade forte.

(1) *De pavot blanc.* Je crois manifeste qu'il ne s'agit pas ici de notre pavot blanc. J'ai déjà fait ailleurs suffisamment de notes, qui serviront à préserver des erreurs qu'on pourrait commettre, en jugeant des plantes prescrites dans cet ouvrage par la seule dénomination qu'elles ont dans la traduction.

pulso, spongia mollis aqua calida, in qua loti scobes incoxerit, madefacta admovetur, spongiaque expressa, eadem aqua anus perfunditur, tum fascia, inter media crura subjecta, ad umbilicum religatur. Ubi vero dejectiendæ alvi cupiditas fuerit, id super quam maxime angustos asseres fiat; sin puer sit, intra mulieris pedes, ad genua reclinatus, desudat. Cumque alvus dejecit, crura distenta habeat. Hoc enim pacto sedes minimum prolabitur.

At si anus humore madaet, et sanie diffluat, aqua ex myrto, et face vini usta, eluitur, et adiantum tritum, cribratum, inspergitur. Si sanguis profluat, ubi iisdem elutus fuerit, chalcitis et cypressi, vel cedri, vel pini, vel terebinthi scobis trita, pari ad chalcitidem portione admixta, inspergitur. Exteriores partes cerato crasso oblinuntur.

Cum rectum intestinum prolabitur, neque suo loco contineri potest, laserpitium quam optimum, et densissimum, tenuiter derasum, ex cataplasmate imponitur, et medicamento, quod sternutamentum moveat, ad nares admoto, homo commovetur, aut aqua calida, in qua mali punici putamina maduerint, et alumine, ex vino albo contrito, anus perfunditur. Deinde, injectis panniculis, femora tribus diebus inter se vinciuntur, et inedia imperatur, vinum vero dulce potui exhibetur. Quod si ne sic quidem procedit, minimum melle permixtum illinitur.

Anus si procidat, et sanguine manet, ari radiceis detractus cortex aqua incoquitur, deinde tritus, cum farina mixtus, calidus ex cataplasmate imponitur.

Aliud. Vitis agrestis (quam nonnulli pilosithrion vocant), radices tenerrimæ concisæ, vino nigro austero meraco incoquantur, dein contusæ, ex cataplasmate tepidæ, imponuntur. Immiscetur autem farina, ex vino albo atque oleo tepido subacta.

Aliud. Cicuta semen, vino albo odorato affuso tritum, dein tepidum, ex cataplasmate imponitur.

Quodsi inflammatione vexetur, hederæ radix, bene contrita, ex aqua cocta, farina optima, ex vino albo subacta, admixta, adjectoque ad hæc oleo, ex cataplasmate imponitur.

Aliud. Mandragoræ radix, præcipue quidem viridis, vel certe arida, viridis igitur elota, et concisa, vino diluto incoquitur, et ex cataplasmate adhibetur, arida vero trita similiter admovetur.

9. Quand le rectum a fait chute et qu'il ne veut point rester dans l'anus, on le saupoudre avec beaucoup de bon sylphium en poudre très-fine; on fait ensuite éternuer (1), au moyen de quelque errhin mis aux narines; ou bien on lave l'anus avec une décoction chaude d'écorce de grenade dans l'eau, et on baigne le rectum avec une dissolution d'alun dans du vin blanc. Après quoi on lie ensemble les cuisses, qu'on a préalablement enveloppées d'un linge doux; on les laisse ainsi durant trois jours, pendant lesquels on ne donne qu'une nourriture légère, et l'on fait boire du vin blanc. Si, malgré cela, le rectum sort encore, on y fait des onctions avec du miel et de la cèruse.

10. Lorsque le rectum fait chute et que les hémorrhoides rendent du sang, on fait bouillir dans l'eau de la racine d'arum dépouillée de son écorce; on la broie ensuite avec de la farine pour en faire un cataplasme qu'on met chaud. On fait aussi bouillir, dans du vin rouge qui soit âpre, des racines de raisin sauvage, que certains appellent pilosithrion, dont on a préalablement ôté l'écorce; on en forme un cataplasme qui s'applique chaud. On y mêle encore de la farine d'orge cuite et de l'huile qu'on bat ensemble.

Autre cataplasme. Broyez des graines de ciguë, en y versant du vin blanc peu à peu, pour en faire un cataplasme qui s'appliquera chaud.

11. Quand il y a inflammation, on broie de la racine de lierre et on la fait bouillir dans l'eau. On y mêle de la fine farine et du vin blanc, pour en faire des lotions et un cataplasme.

Item, on a de la racine de mandragore verte ou sèche; si elle est verte, on la coupe en morceaux; après l'avoir lavée, on la fait bouillir dans du vin pour en faire un cataplasme. Si elle est sèche, on la pile, et on fait pareillement un cataplasme.

Autre. Broyez de l'intérieur d'une citrouille ronde, et faites-en un cataplasme.

12. Quand il y a des douleurs sans inflammation, on calcine du nitre rouge, qu'on met en poudre avec de l'alun et du sel séché au feu. On prend parties égales de chaque; on y mêle de la poix

(1) On fait ensuite éternuer. C'est sans doute pour reconnaître si le rectum est rentré d'une manière stable et solide.

Aliud. Cucumeris maturi interiora, trita, ex cataplasmate imponuntur.

At si dolor sit citra inflammationem, nitrum rubrum ustum, et bene tritum, alumen et sales torrefacti, et diligenter triti, pari utraque miscentur pondere, deinde pice quam optima admixta, linteo illita imponuntur, et alligantur.

Aliud. Capparis folia viridia in sacculum coniecta adalligantur, et ubi urere videbuntur, submoventur, ac rursus apponuntur. Quod si folia capparidis non adfuerint, radicis cortex contusus, vino nigro subactus, eodem pacto alligatur, quod etiam ad splenis dolorem valet. Ex his cataplasmatibus, quæ refrigerant, influxum prohibere valent, quæ molliunt et calefaciunt, digerere, quæ ad se attrahunt, siccare, et extenuare. Oritur autem hic morbus, ubi bilis et pituita ad ea loca decubuerit. At rectum intestinum, inflammatione tentatum, illinitur medicamento, quod resinam, oleum, ceram, plumbi recrementum, et adipem accipit. Hæc calida liquata cataplasmate imponuntur.

fine; on étend le mélange sur un linge qu'on applique à l'anus. On le soutient avec un bandage.

Autre. Prenez des feuilles vertes de caprier; broyez-les, et mettez-les dans un sachet. Quand ce remède pique trop, on le retire pour le remettre ensuite. Si on n'a pas de feuilles de caprier, on prend de l'écorce de ses racines qu'on fait macérer dans du vin rouge, pour les employer de même. Ce remède est bon aussi dans les douleurs de rate.

Parmi les divers cataplasmes, ceux qui rafraichissent arrêtent les écoulements. Ceux qui sont émollients et ceux qui échauffent les augmentent. Ceux qui attirent l'humidité à eux dessèchent et diminuent le volume des parties.

Les maladies à l'anus ont lieu quand la pituite se jette sur cette partie. Dans les inflammations du rectum, on fait utilement des onctions avec de la résine, l'huile, la cire, la plombagine et la graisse, le tout fondu ensemble.

PRÆFATIO.

Continuationem præcedentis huncce libellum esse, jam diximus (1). Curatio hæmorrhoidum in eo laudata contradicit iis, quæ in aphorismis Hippocratis de ea occurrunt. Theoria etiam de bile et pituita in eo invenitur (2). Spurius igitur liber est, quamvis non ideo malus. A cnidio quodam medico compositum esse, Grunerus (3), et Grimmus (4) autumant.

ARGUMENTUM LIBRI.

Hæmorrhoidum cæcarum ortus et curationes variæ.

Ora venarum hoc modo sanguinem fundere solent. Bilis aut pituita ad venas, quæ in ano sunt, decumbens, sanguinem, qui in his est, calefacit. Incalescentes autem venæ, sanguinem ex proximis venis attrahunt, eoque impletæ, recti intestini partem anteriorem in tumorem attollunt, et venarum capitula conspicua sunt, quæ, dum partim a stercore exeunte contunduntur, partim a sanguine coæservato perrumpuntur, sanguinem ejaculantur, idque maxime cum stercore, interdum vero sine eo. Curantur autem hoc modo.

Inprimis certe nosse oportet, quo in loco contingant. Nam et anum incidendo, resecando, consuendo aut vinciendo, aut putrefaciendo, etiamsi gravissima esse ista vidcantur, nullam inferens noxam. Ferramenta septem, octove, parari jubeo, quæ magnitudine palmum, et crassum specillum crassitudine æquent, extrema parte recurva, et in summo ad oboli formam lata. Post exhibitum pridie

1. (*Comment se forment les hémorrhoides.*) Voici comment se forment les hémorrhoides. Si la pituite ou la bile s'arrêtent aux veines du rectum, le sang s'échauffe. En s'échauffant, il distend les veines : cela y fait aborder le sang voisin attiré par la chaleur. Etant donc fort pleines, elles forment un gonflement autour de l'anus. Les extrémités des petites veines s'y élèvent particulièrement et font une tumeur qui est froissée par les matières fécales lors de leur sortie. Elles lâchent alors le sang qui s'y était ramassé. Il sort même ensuite sans être pressé par les matières fécales. Passons maintenant à la manière de les traiter.

2. (*Leur traitement.*) La première attention consiste à connaître le lieu où elles sont placées. Que l'on fasse des incisions à l'anus, qu'on en coupe une partie, que l'on y fasse des points de suture ou des ligatures, qu'on y excite enfin la suppuration, cela paraît d'abord terrible : il n'en résulte cependant rien de fâcheux.

Il faut, pour faire le traitement, avoir sept ou huit fers à cautère, d'un empan de long, de la grosseur d'une sonde forte, qui soient courbés par le bout, plats ensuite, de l'épaisseur d'un écu. On donne un purgatif la veille du jour auquel on se propose de brûler. Pour faire l'opération, on place le sujet étendu sur son ventre ; on met un oreiller sous ses lombes. On tire fortement à soi l'anus au dehors avec les doigts : les fers sont rouges, étiçonnants. On brûle en desséchant sans toucher avec le fer. On passe ainsi le feu près de toutes les hémorrhoides, sans en laisser une qui ne soit brûlée. Vous n'aurez pas de peine à reconnaître les hémorrhoides ; elles font des éminences livides sur la surface du rectum, en forme de pepins de raisins ; en pressant le rectum, on en fait jaillir le sang. Durant l'ustion, on fait tenir la tête et les mains, afin que l'opéré ne se remue point. Plus il crie, plus les hémorrhoides se mettent à découvert. Après que vous les aurez brûlées, vous y appliquerez, pendant cinq

(1) In præf. ad libr. de fist. (2) Cfr. Halleri art. med. princ. T. 4. p. 122. (3) L. c. (4) L. c. T. 5. p. 595.

medicamentum purgans, eodem, quo ad ustionem aggredieris, die, homo supinus reclinatur, pulvinoque lumbis supposito, sedes digitis quam maxime foras educitur, tum candentibus admotis ferramentis uruntur, quoad resiccentur, ita, ut ne contingas. Urere vero ita oportet, ut earum venarum, quæ sanguinem fundunt, nulla inusta relinquatur, sed omnes adurantur. Has nullo negotio deprehendes, quod interiore ani parte conspicuæ sunt, velut acini uvæ lividæ, simulque cum foras anus cogitur, sanguinem ejaculantur. Inter urendum autem a quibusdam caput et manus detineantur, ne moveantur; sed clamet, qui inuritur. Hoc enim pacto anus magis prominet. Peracta ustione lentes, et ervum, tenuissime trita, et ex aqua decocta, quinque aut sex diebus imponuntur. Septimo die spongia mollis quam tenuissime inciditur. Spongia autem omni ex parte sex digitorum latitudinem æquet. Tum linteam, quod spongiæ magnitudinem non excedat, tenue et leve, melle illitum, superimponitur, dein subdito sinistrae manus indice, media spongia intro per inferiora quam penitissime in sedem propellitur, demum supra spongiam lana apponitur, ut in sede immota permaneat. Cingulo vero per ilia ducto, fascia submittitur, exceptumque a posteriore parte per crura vinculum ad cingulum juxta umbilicum religatur. Tum medicamentum, quod dixi, carnem densam facere, ac validam producere, alligatur. Quæ non minore, quam viginti dierum spatio, devincire oportet. Sorbitio autem semel die ex farina, aut milio, aut furfuribus, et potui aqua exhibenda. Ubi ad deficiendam alvum desidet, calida proluitur. Tertio quoque die balneum adhibeatur.

Alia curatio. Foras educta quam maxime sedes calida perfunditur, tum venarum sanguinem fundentium extrema præciduntur. Hoc vero medicamentum antea præparatum ad sectionem habere oportet. Urina, in vas æneum immissa, flos æris ustus optime levigatus inspergitur, tum vase agitato maceratur, et in sole siccat. Siccatum eraditur, teritur, et levigatur, ano admovetur, splenia oleo madida apponuntur, spongiæque superimposita deligatur.

Alter curationis modus. Venæ sanguinem fundenti, et tuberosam quandam eminentiam habenti, veluti mori fructus adnascitur, et si quidem tuberosa eminentia foras valde prominet, ei circumcirca operculum carnosum adhærescit.

ou six jours, de la purée de lentilles et d'orobes. Le sixième jour, on a une éponge molle qu'on coupe mince de la largeur de six doigts, on la met sur le mal, et on la recouvre d'un linge fin de même grandeur; après l'avoir enfoncée avec le doigt index de la main gauche, aussi avant qu'il est possible, dans le rectum, on le garnit de laine pour y maintenir l'éponge en place. On attache aux lombes une ceinture où il y ait une bande qui, venant de derrière le dos, passe entre les cuisses et s'attache au-dessous du nombril. On panse avec les remèdes que j'ai dit être propres à faire des chairs fermes et fortes. Ce traitement dure vingt jours. Le malade avale, une fois le jour, de la bouillie d'orge ou de millet, et ne boit que de l'eau. Toutes les fois qu'il va du ventre, il se lave avec de l'eau chaude. Il prend un bain chaque trois jours.

3. Autre traitement. On lave bien le rectum avec de l'eau chaude, le faisant sortir autant qu'il est possible; puis on coupe les bouts des hémorroïdes avec un instrument tranchant. On a un remède tout prêt à mettre sur la coupure. Il est fait avec de l'urine qu'on a mise dans un vaisseau de cuivre, et de la fleur d'airain calcinée et pulvérisée: ce mélange est laissé exposé au soleil, en le remuant souvent; quand il est sec, on le met en poudre fine, dont on répand un peu avec les doigts sur chaque incision, et l'on place par-dessus une éponge recouverte de compresses imbibées d'huile.

4. Autre manière. Il se forme souvent autour du tubercule hémorrhoidal comme un fruit de mûrier, qui se recouvre de chairs, s'il est fort extérieur; vous examinerez donc le sujet après l'avoir placé sur ses fesses entre deux pierres plates suffisamment élevées; vous trouverez les tumeurs qui sont saillies et qui contiennent intérieurement le sang. Si elles se trouvent recouvertes d'une chair qui cède sous le doigt, il faut l'emporter, et cela se fera sans peine; la chair suivra en se séparant, comme fait la peau de mouton quand on passe les mains entre la peau et la viande. On doit faire ceci sans en prévenir le malade, lui parlant même d'autre chose dans le même temps. Le sang coulera nécessairement après que vous aurez enlevé la calotte. Vous laverez aussitôt avec du vin âpre dans lequel auront macéré des noix de galle. La veine qui fournissait le sang s'oblitérera avec

Homine igitur in genua super duos lapides teretes inclinato, anum inspicie. Invenies namque loca inter nates medias circa sedem tumefacta, sanguinemque ex interioribus partibus procedere. Si ergo tuberosa eminentia sub tegumento mollis sit, digito ea auferenda est. Neque enim majore negotio id fiet, quam si, dum pelliculi ovi detrahatur, digitum inter pellem et carnem medium immittas. Idque inter loquendum, simulque non advertente ægro, faciendum. Sublatum tuberculum sanguinis cursus omni ex parte ablata necessario consequitur. Vino austero, in quo gallæ maceratæ fuerint, cito locus perluendus est, venaque sanguinem fundens una cum tuberculo recedet, et operculum in pristinum statum restituetur. Quoque vetustior morbus est, eo facilius curatio futura est.

At si altius insederit tuberosa eminentia, per instrumentum, dilatandæ sedi accommodatum, calopterem dictum, inspicere oportet, neque ab eo decipi. Ubi enim aperitur, tuberculum exeat, ubi vero rursus in sese adducitur, recte conspicuum facit. Auferre autem convenit, veratro nigro ano illito, tum tertio die vinum austero ex infuso immittendum. At vero ubi tuberosam eminentiam abstuleris, si sanguis non effluat, mirandum non est. Neque enim, si articularis manus aut crura seces, sanguis effluet. At si supra aut infra articulos sectio fiat, cavas et sanguine manantes venas deprehendes, neque facile prompte sistas. Eodem modo, si venam, in sedè sanguinem fundentem, supra quidem aut infra detractum tuberculum seces, sanguis effluet; sin vero ipsam tuberculosam eminentiam, ubi anectitur, abstuleris, non profluet. Si igitur hoc pacto quidem ad pristinum statum reducitur, bene se res habet; sin minus, ustio adhibenda, ea cautione, ut ne ferro attingatur, sed prope admotis ferramentis exsiccet, et flos æris ex urina adhibeatur.

Alius venarum sanguinem in ano fundentium curationis modus. Cauterium parare oportet, in modum parvæ arundinis vallatoriæ (phragmiten vocant), et in ipsum ferramentum probe congruus accommodare, deinde immissa in sedem fistula, candens ferramentum in eam demittere, crebroque eximere, quo magis calorem toleret, neque ulcus ex calore contrahat, et venulæ exsiccatae consanescant. Quod si neque ustio, neque sectio placeat, sedes multa et calida prius fovetur, et evertitur, tum myrrha, probe

les bords de la fungosité. Le tout se recouvrira en la manière qui convient. Plus ces sortes d'hémorrhoides sont anciennes, plus facilement elles guérissent.

5. Quand les tubercules hémorrhoidaux sont trop intérieurs, on les met à découvert avec le speculum ani, ayant l'attention de se garantir d'une illusion qu'il peut causer; car, observez que la surface interne du rectum s'aplanit quand on l'ouvre, et les tubercules ne se reconnaissent bien qu'en le fermant. On les détruira en y mettant dessus de l'ellébore noir avec les doigts. Ne soyez pas surpris si vous ne voyez pas couler le sang des hémorrhoides quand elles tomberont. Il en coule peu lorsqu'on fait l'amputation des jambes ou des bras aux articules; mais il sort en abondance si l'on ampute plus haut ou plus bas, parce qu'on rencontre alors plusieurs veines pleines de sang; au point qu'il n'est pas facile de se défendre contre l'hémorrhagie. Il en serait de même à l'anus si vous ouvriez les veines des hémorrhoides au-dessus ou au-dessous de l'endroit où elles s'oblitérent. Mais si vous les faites tomber en y faisant la ligature, elles ne saigneront point. Si donc les veines hémorrhoidales reviennent ainsi à leur premier état, à l'état naturel, cela suffira; dans le cas contraire, on aurait à les brûler, ayant soin, comme il a déjà été dit, que le bouton de feu ne porte pas immédiatement sur l'hémorrhoides; il ne doit pas la toucher, mais seulement l'approcher. On met ensuite de la fleur d'airain préparée avec l'urine, comme ci-dessus.

6. Autre manière de traiter les hémorrhoides. On peut avoir un instrument propre à cautériser les hémorrhoides, en prenant un roseau des haies, dans lequel un fer à cautère entre facilement. On introduit le roseau dans l'anus, puis le fer rouge qu'on retire et qu'on y fait rentrer successivement, de manière que l'hémorrhoides soit fortement affectée de la chaleur. Il ne résultera aucune espèce de plaie de cette opération, qui desséchera et détruira les hémorrhoides.


7. (Traitement sans brûler ni couper.) Lorsqu'on ne veut ni brûler ni couper, on commence par bien fomentier l'anus avec de l'eau chaude, puis on renverse le rectum pour mettre sur les hémorrhoides un mélange de myrrhe, de noix de galle et d'alun d'Égypte calciné. Ce dernier entre par moitié dans le mélange. On y met quelquefois un tiers d'un sel

levigata, galla, et alumen ægyptium usum, quod reliqua una parte et dimidia superet, et melanteriæ tantumdem accipiendum, iisque aridis utendum. Sub his medicamentis vena sanguinem fundens, velut corium ustulatum, decidit, eademque faciendâ, donec omnes dissipaveris. Idem que efficit chalcitidis ustæ dimidium. At si per glandes curationem instituas, sæpiæ testa, plumbaginis tertia pars, bitumen, alumen, floris æris exiguum, galla, æruginis modicum commiscentur, his melle cocto affuso glans oblongior conficitur, supponitur, donec deleantur.

Vena sanguinem fundens in mulieris ano sic curatur. Multa calida, in qua ex odoratis aliquid incoxerit, perfunditur, tum myrica trita, spuma argenti usta, et galla additur, vino albo, oleo et anserino adipe affuso, omnia simul conteruntur, post perfusionem utenda dantur. Sedes autem quam maxime educta perfunditur.

vitriolique appelé mélantéria. On persiste dans ce traitement jusqu'à ce qu'on ait détruit toutes les hémorrhôïdes. On obtient le même effet en mettant moitié de vitriol bleu. Quand on veut traiter avec des suppositoires, on se sert des os de sèche, avec un tiers de plumbagine, de l'asphalte, de l'alun, un peu de fleur d'airain, de la noix de galle, un peu de rouille de cuivre, le tout en poudre, qu'on incorpore avec du miel pour en faire un long suppositoire, à garder jusqu'à destruction des hémorrhôïdes.

8. (*Traitement des hémorrhôïdes pour les femmes.*) Les hémorrhôïdes chez les femmes se traitent de la manière qui suit. On lave d'abord avec beaucoup d'eau chaude, où l'on a fait bouillir des aromates : puis on fait des onctions d'une pommade composée de tamarisc, de litharge d'argent calcinée, de noix de galle, le tout en poudre délayée avec du vin et incorporée avec de la graisse d'oie. On fait tremper souvent l'anus dans l'eau.



PRÆFATIO.

Hunc librum Erotiano et Galeno, cum ejus nullam mentionem fecerint, saltim subnotatum fuisse, Foësius putat (1). Maxime autem ille a genio vere Hippocraticorum librorum recedit, sic, ut a nullo non pro spurio habeatur.

ARGUMENTUM LIBRI.

Brevius libellus docet, ut fetus frustillatim concisus ducatur, et caput confringatur. Mirificam etiam docet concussionem feminæ in caput datæ, ut fetus in spatium amplius relabatur. Uterum elapsam repositum incidere jubet, et fricare, quoad inflammetur.

De fetibus, qui non convenienter in utero gestantur, sed intro excisi educuntur, si statuo. Inprimis injecto in mulierem tenui linteo, et supra mammas præcincto, caput etiam linteo velandum est, ne, si, quod fracturus es, videat, perterreatur. Si fetus igitur, in obliquum prolapsus, manum eduxerit, eam apprehensam, ut quam maxime foras educas, conandum. Brachio vero excoriato, ejusque osse denudato, squatinæ marinæ pellem aridam circum duos manus digitos obligato, ut ne caro sua lubricitate elaboratur. Post hæc autem, detracta circa humerum carne, ipsum juxta articulum eximito. Deinde fetus caput, naturaliter protusum, foras educito. Fetum vero intro digito retrudito, vel scalpello per costas, vel jugulum adacto, quo flatu emisso, et concidat fetus, et facilius ei exitus pateat.

Caput, si quidem fieri possit, secundum naturam extra protrudito; sin minus, in partes comminuito, sicque fetum foras subducito. Deinde calida multa

(1) Dictione *εχθρον* in explan. voc. Hipp. cfr. ejus not. 1. ad hunc libr. in ed. oper. Hipp.

Il serait injuste d'attribuer à Hippocrate toute la doctrine de ce petit traité, le neuvième dans la sixième section de Foës, dont les accoucheurs de nos jours seront choqués en plus d'un endroit. On ne sera point tenté de croire qu'il puisse en être l'auteur, après qu'on a lu les traités qui composent la première partie de cette traduction.

1. (*Préliminaires.*) Je vais parler du cas où la femme ne peut pas accoucher naturellement et dans lequel il faut tailler le fœtus. On commence par attacher, au-dessus des mamelles de la mère, un linge qu'on retrouse sur sa tête, afin qu'elle ne puisse pas voir une opération qui est effrayante.

2. (*Manière d'extraire le fœtus mort.*) Lorsque l'enfant est mort, et qu'il vient de côté, présentant le bras, vous le tirez à vous, autant qu'il sera nécessaire pour découvrir la tête de l'humérus, et vous couperez tant les chairs que la peau jusqu'à l'épaule. Durant tout le temps, on fait tenir le bras avec une peau d'anguille sèche, qu'on a attachée à la main, pour empêcher qu'il ne rentre : il pourrait facilement glisser si on le tenait par les chairs. C'est ainsi qu'on sépare le bras de l'épaule. On a ensuite plus de facilité à obtenir le corps par la tête. On fera un trou, s'il le faut, soit avec les doigts, soit avec un bistouri, près des côtes ou de la clavicule, pour faire sortir l'air engendré par la corruption et diminuer ainsi le volume du corps du fœtus. Il sera extrait avec moins de peine toutes les fois qu'on commencera par la tête, conformément à la manière naturelle d'accoucher. Si la tête présente trop de difficultés, on l'écrasera pour tirer ensuite le reste du corps. L'opération finie, on lave les parties de la mère avec de l'eau chaude et de l'huile : on l'exhorte à se tenir tranquille, les jambes croisées. On lui fait boire de bon vin blanc doux, qui soit pur ou mêlé avec de la résine et du miel. Le traitement, quant au reste, doit être, à la réserve de ce que je viens de dire, le même qu'à l'ordinaire.

3. (*Énumération de certains cas d'accouchement difficile.*) Quand l'enfant se présente de travers, parce qu'il est placé de côté, ou que le cordon, roulé autour du cou, empêche sa sortie, ou que la tête est clouée contre l'ischium et que la main reste dehors, ce qui est ordinairement un signe de mort, de manière qu'on peut

affusa, oleo illitam decumbere jubeto, pedibus alternatis. Postea vinum album dulce, bene meracius infusum, propinato. Quin etiam resinam, cum melle tritam, vino admixtam, in potu exhibeto. In reliquis vero curatio (velut dico), juxta ea, quæ relata sunt, procedat.

Quum vero parturienti mulieri transversus fetus ceciderit, quod fit, ubi ipse vertitur, et umbilicus circa collum obvolvitur, fetusque exitum cohibet, et caput in coxendicem inserit, manusque ut plurimum foras eminent, quod quidem jam mortui fetus significationem præbet. At quibus manus extra non apparet, his ut plurimum fetus vitalis est. Periculum autem etiam hoc modo imminet. Quædam enim partus purgamenta ante fetum emittunt, ex quo partionem siccam et laboriosam fore, necessario cognoscas. Quibus autem puerperii purgamenta non ante repurgantur, eæ faciliore partu defunguntur.

Concutere autem hoc modo oportet. Super tenui linteo substrato mulier reclinanda, alio superinjecto, quo ejus pudendum obveletur, et utrumque crus tenui linteo circumtegendum, et utraque manus. Duæ autem mulieres utrumque crus apprehendant, et aliæ duæ utramque manum, deinde eam ipsam, non minus quam decies, valide concutiant. Postea vero mulier in lectum reclinetur, ita, ut caput deorsum, crura autem sursum habeat, et mulieres omnes, dimissis manibus, crura apprehendant, eamque crebro in lecto concutiant, facta in humeros rejectione, uti in ampliore loco concussus fetus convertatur, et naturaliter prodire possit. Quod si dictamnum creticum ad manum habeas, ipsum propinato; sin minus, castoreum, vino chio incoctum.

Si vero uteri, sive ex labore, sive ex partu, foras prodierint, si quidem juvenulæ tibi in manus venerint, aggressionem facere, æquum est, alioqui sinere oportet. Huic autem in modum aggressio facienda. Uteri tunica, naturali modo et oblique incisa, linteo confricanda, uti inflammationem concipiat, et illito phocæ oleo, aut pice, aut mali punci floribus, in cataplasmate adhibitis, mollibusque spongiis vino respersis, in subditio appositis, et ex humero deligatis, mulier quam excitatis cruribus decumbat, et moderatis cibis vescatur,

assez la présumer d'après cette circonstance, car les fœtus dont la main ne sort pas sont communément en vie : tous ces divers cas sont pleins de dangers.

Les femmes ont souvent de la perte avant d'avoir rendu l'enfant, et il faut savoir que les couches sèches sont plus laborieuses que lorsque la sortie des eaux précède, et que s'il y a perte de sang, les couches ne sont pas aussi faciles que lorsqu'il n'y en a point avant les couches (1).

4. (*Manière fort rude d'obtenir l'accouchement, en donnant à la femme des secousses qui paraîtront plus funestes qu'utiles. Il a été déjà observé dans quelques notes que les procédés de saccade et de secousses n'étaient nullement du goût d'Hippocrate. (Voyez le Traité des articles, n° 20, et ma note sur le n° 190 du sixième livre des épidémies.)* Voici comment on donne les secousses. On met un drap de lit sous la femme qui s'y étend dessus. On en met un autre sur les cuisses, pour couvrir ses parties. On roule ces draps autour des cuisses et des bras. Puis deux femmes vigoureuses prendront celle qui est en travail, une de chaque côté par les bras, et deux autres par les cuisses. Elles la saccadent ainsi, dix fois au moins, en la tenant fortement. Ensuite, si cela n'a pas suffi, elles la mettent la tête en bas et les jambes en haut, la tenant par les cuisses, et la secouant vers les épaules, cherchant à faire passer ainsi le fœtus dans une place vide, pour qu'il prenne une situation plus favorable à sa sortie. Quand on ne voudra point avoir recours à ce moyen, on donnera du castor cuit dans du vin de Chio.

5. (*De la réduction de la matrice qui sort par le vagin.*) Lorsque la matrice sort du vagin, soit à raison de quelque effort, soit à la suite de couches, si la femme est jeune, vous pouvez en entreprendre la guérison : si elle est âgée, il vaut mieux n'y rien faire. Quand on entreprendra la cure, on taillera légèrement la peau de l'orifice et du col de la matrice, tant dans sa direction qu'en travers, et on frotera avec un linge doux, pour faire dégorger la partie. On l'oindra, ensuite, d'huile de veau marin avec de la poix : ou bien on lave avec une décoction de balaustes; et après avoir fait rentrer la matrice, on met dans le vagin des éponges douces, imbibées de vin. On ajoute un bandage, arrêté aux épaules; et on fait tenir la malade couchée, les jambes croisées. On doit, durant ce temps, la nourrir légèrement.

(1) Ces deux cas ne sont pas énoncés bien clairement dans le texte.

PRÆFATIO.

Librum hunc nec ab Erotiano, nec a Galeno commemoratum, ab H. Mercuriali ultimo loco positum, e recentioribus solus Trillerus, saltim Hippocratis esse, non negat (1). Ceteri, ne Foesio quidem excepto, eum rejiciunt. Eodem modo scriptus est, ut sectio IV, libri II, Epidemicorum, cum eaque aliquo modo nexus, adeoque et hanc ob causam pro spurio habendus.

ARGUMENTUM LIBRI.

Compendium anatomæ humanæ,
perbreve.

Arteria, ab utraque faucium parte oritur, annulis inter se similibus constans rotundis, in superficie mutuo connexis. Ipse autem pulmo ad sinistra conversus, pectus implet, quinque habens summitates, quas lobos vel fibras vocant, cineritium nactus colorem, notis cavernosis punctus, et natura perforatus. In cujus medio cor intro situm est, rotundius constitutum, quam in omnibus animantibus. Ex corde vero ad jecur multa cartilaginosa arteria pervenit, et cum ipsa vena magna appellata, per quam corpus totum nutritur. Jecur autem cum aliis quidem cognationem habet, sed ceteris sanguine magis fluit, duos habens vertices (portas vocant), dextra parte locatas. Ab eo vena oblique deorsum ad renes portenditur. Renes vero inter se colore similes, malorum speciem præ se ferunt. Ab his ductus oblique tendentes, in summum vesicæ verticem siti sunt. Vesica autem tota nervosa et ampla ubique intra se perceptionis compos a natura est condita. Et his quidem sex partibus in medio intus

(Ce traité ne peut être regardé que comme un petit échantillon des connaissances anatomiques d'alors; il présente seulement les organes les plus essentiels contenus dans le tronc.) La trachée-artère a son origine au milieu du gosier. Elle se termine aux extrémités du poumon, en des anneaux de même substance, placés les uns au-dessus des autres. Le poumon remplit la cavité du thorax, penchant un peu vers la gauche; on y remarque cinq divisions, qu'on nomme lobes. Il est de couleur cendrée, tachetée de marques brunes, et plein de cavités. Sa nature est spongieuse. Vers son milieu se trouve le cœur, d'une forme plus approchante d'un sphéroïde que celui des autres animaux. Il y a, dans le trajet du cœur au foie, un gros vaisseau membraneux, qui sert à la nourriture de tout le corps: car le foie communique par le cours des humeurs avec toutes les parties du corps, et il est lui-même la partie la plus sanguine de toutes. On y observe deux divisions qu'on appelle portes: elles sont situées au côté droit. L'on y voit une veine allant obliquement vers les reins: ceux-ci correspondent entre eux par le cours des humeurs; leur couleur est comme celle des pommes. Il en part deux conduits, qui se portent obliquement vers le haut de la vessie. La vessie est membraneuse et grande, capable de contenir un liquide dans toute l'étendue de sa capacité, tandis qu'elle est en son état naturel. Telles sont les six parties principales que la nature a placées dans le milieu du corps. — L'œsophage à son origine à la racine de la langue: il se termine au ventre, à l'endroit où se fait la coction des aliments, appelé l'estomac. Au-devant de l'épine, derrière le foie, est l'origine du diaphragme. Du côté bâtarde, j'entends le gauche, est située la rate: elle a quelque ressemblance avec la plante du pied. L'estomac, appuyé sur le foie du côté droit, est entièrement nerveux. De l'estomac part un intestin de même nature, qui a la longueur de

(1) L. c. in comm. de nova Hippocr. editione adornanda, opusc. Volum. II, pag. 235.

natura exornata est. Gula vero a lingua initium sumens, in ventriculum desinit, quam sane etiam in concoquente ventriculo *σπομαχον*, hoc est, os angustum nominant. Ad spinam autem, retro hepatis, septum transversum situm habet. Ex costa vero notha, sinistram intelligo, lien initium sumens, ad humani vestigii similitudinem extenditur. Ventriculus jecori ad sinistram adjacens, totus nervosus est. Ex ventriculo vero procedit intestinum sibi simile, parvum, cubitorum non minus duodecim, in orbem per sinus convolutum, quod nonnulli colon vocant, per quod alimentum defertur. Colo annexum est princeps intestinum postremum, multam carnem habens, in summum podicem desinens. Reliqua natura ipsa ordine disposuit.

douze travers de doigts, le *duodenum*. Il a des rides orbiculaires, ainsi que l'intestin qu'on nomme colon. Il sert à donner passage aux aliments dont nous faisons notre nourriture. Du colon naît le gros intestin, le dernier de tous, qui est fort charnu, et qui se termine à l'anus. La nature a disposé tout le reste dans le corps, en y observant un aussi bel ordre.

LIBER II.

LIVRE II.

SECTION PREMIÈRE.

ARGUMENTUM LIBRI.

Multiformis libellus. Primum optimo ordine de epidemicis malis, et crisis agit, plane ad saporem Hippocratis; deinde ægrotorum historiæ fere imperfectæ, anginæ etiam, potissimum describuntur; tum lues epidemica perinthiaca, historiisque prædictiones miscentur, postea venarum descriptio redditur, cum morborum historiis, et epidemiis, denique prædictiones annexæ sunt, commistaque farrago.

CAPUT I. — Historia morbi epidemici in Cranone; morbi variorum anni temporum; animadversiones circa iudicationes morborum.

Cranone carbunculi æstate grassabantur. Per magnos æstus affatim et continenter compluit, idque ab austro magis. Sanies quidem plurima cuti subnascebatur, quæ intro conclusa, dum incallescet, pruriginem excitabit. Deinde vero in pustulas erumpebat, iis affines, quæ in ambustis fieri solent. Tantus inerat sub cute ardoris sensus, ut uri viderentur. Magnis et squalidis æstibus febres ut plurimum sine sudoribus, in quibus, si levior imber guttatim defluerit aut stillaverit, copiosiores statim sudores in febribus fiunt. Hæc diuturniorem et difficiliorem morbi solutionem habent, quam si aliter contingerent; minus tamen, nisi si hæc ab hoc rerum statu, sed et ex morbi natura procederent.

Æstatis temporibus plurimum oriuntur febres ardentes, et si aliis quoque. Æstate tamen sicca, et exæstuante, contrahuntur magis, et increscunt.

On croit assez généralement que le second livre des épidémies, le quatrième, le cinquième, le sixième et le septième ne sont point sortis des mains d'Hippocrate. On n'y trouvera pas du moins l'ordre qui régné dans le premier et le troisième livre des épidémies, qu'on a vus en lisant la première partie de cette traduction. Il nous reste cependant un commentaire de Galien, sur le sixième livre, qu'il regarde comme une œuvre du père de la médecine. Le cinquième et le septième paraîtront, à mon avis, aussi intéressants tout au moins que le sixième, à raison particulièrement d'un bon nombre d'observations chirurgicales qu'ils renferment. On pourrait, pour scouter que les cinq livres qu'on va voir sont véritablement d'Hippocrate, dire qu'on y trouve des principes et des faits exactement tels qu'on les lit dans d'autres traités, généralement reconnus pour être d'Hippocrate, tels que le Traité des humeurs, etc.; mais cela ne prouve point que tous les sept livres intitulés des Épidémies, dans lesquels il régné si peu d'ordre, soient émanés du même auteur que celui à qui nous devons les Traités qu'on a lus dans la première partie; quoiqu'ils passent généralement, les uns et les autres, pour être à peu près de la même antiquité, et sortis de la même école. Dans les cinq qui restent à voir, on trouvera, outre un grand nombre d'observations, bien des propositions générales en guise d'aphorismes, ainsi que je l'observe en tête des alinéas. La plupart pourraient, si l'on voulait, faire suite aux aphorismes imprimés à la fin de la première partie.

152. En général, les esquinancies n'étaient pas mauvaises quand elles empêchaient seulement de boire. Celles qui causaient de l'embarras dans la parole, furent beaucoup plus cruelles et plus obstinées. Quand il y avait des veines gonflées aux tempes et au cou, les esquinancies étaient assez fâcheuses; les plus terribles étaient celles où l'on avait la respiration fort élevée; les malades se trouvaient dans un grand feu. Tels furent les divers degrés de cette maladie: avant d'arriver au dernier degré, on passait par le premier. Les malades mouraient tous en peu de jours lorsqu'il venait des frissons dans la fièvre. Quand ils en étaient à cet état, on ne pouvait leur procurer de soulagement notable en aucune manière; ni par les purgatifs, ni par la saignée, ni par rien que je misse en œuvre. Je fis saigner même sous la langue: j'émétisai. Cette maladie était encore dans toute sa force durant l'été, ainsi que la plupart des autres maux. Avec les sécheresses, commencèrent à paraître des ophthalmies douloureuses.

153. (*Aphorisme.*) Les hémorrhagies sont arrêtées par les défaillances, par des changements de situation, par des compressions, par des tampons de charpie, par des bandages, par des ligatures.

154. (*Quelques particularités de l'épidémie.*) On voyait beaucoup de tumeurs aux aines, qui étaient suivies d'inflammations au foie. Elles provenaient quelquefois d'un vice dans l'artère, comme chez Posidon.

155. Ceux qui mouraient avec des hémorrhagies, n'avaient point de sueur au front; ils finissaient tout d'un coup. Ceux qui avaient des oppressions et des sueurs mouraient dans un grand travail.

156. (*Aphorismes.*) Certains supportent des troubles violents dans les entrailles,

perturbationem facile ferre, quæ quid in Posidonia visum est. Quin etiam videntur fuerint, quænam interaneorum animalia inducerent. In extenuatione circumtensio ante obitum facta est, et umbilicus prominens ipsi est exulceratus, et gingivarum, dentibus instantium, exulcerationes affuerunt.

Videndum quoque est multa de unoquoque recte præcipi posse, partim quidem eadem facultate, partim vero minime, qualia sunt ejusmodi, diffundi, dissolvi, educi, et indurari, ac maturari. Considerandum etiam, ubi opus est, timidos a lecto protrudere, et mutatione excitare torpentes, ad ea, quæ cunctanter agunt.

Aqua inter cutem laborantes cito incidere oportet, tabescentes confestim urere, caput secare. At ista in aqua intercute suffusis animadvertenda sunt, ne cujus venter, aut interiora, ferro contingantur. Perinde enim ac in multis genibus accidit.

In affectibus circa os ventriculi (perinde Xenarcho contigit), sufficienter calidum inspirare convenit, et evacuationis loco ulcus ab initio calidis fovere.

Considerandum, qualis vox est iratis, num talis non irato a natura fuerit, atque oculi, quales a natura fuerint, num turbulentum, quales habent cum irascuntur, qui tales non sunt, ceteraque id genus, pro morborum ratione; velut si quis tabificam formam inducit, num talis a natura æger fuerit, ut in hunc morbum incurrat, ceteraque hujusmodi.

Tusses, quæ lassitudinis sensum inducunt, etiam partes læsas. sed et præcipue articulos contingunt. Quin etiam in febribus cum lassitudinis sensu tusses siccæ fiunt, quæ, si intus relinquuntur, una cum febre in articulos firmantur.

Tabescentibus, ac non parientibus, spiratio obscura, mala, et quæcumque alia ejus est generis, ex eadem constitutione proveniens.

Autumnus tabidis malus. Ver quoque etiam malum, cum ficus folia cornicis pedibus similia fuerint.

In Perintho vere plurimi tabe laborant. Cujus rei simul in causa fuit tussis, per hyemem populariter grassata, ac in quibusdam morbi, qui diutius traxerunt. In his enim, qui ambigue se habebant, tabem confirmarunt. Interdum quoque in quibusdam diuturnis morbis tabes non fiebat, velut in his, qui rem doloribus conflictabantur. Quin et quibusdam aliis idem contigit, in quorum

sans donner de grands signes de douleur, comme Possidonie qui rendit des vers. Elle devint raide avant la mort; son nombril, qui s'était allongé, se retira. Elle avait des ulcères aux gencives qui recouvraient les dents.

157. Un médecin doit savoir ordonner à chaque malade ce qui lui convient, suivant ses forces, afin de dissoudre le mal et de le détruire, ou de l'emporter entièrement après l'avoir mené à maturité, ou du moins de le durcir, il faut savoir quelquefois arracher un malade de son lit, donner du courage à ceux qui en manquent, et les engager à prendre ce qu'ils refusent.

158. Il faut opérer un hydropique de bonne heure, appliquer le feu sans hésiter, trépaner de même. En opérant les ascitiques, prenez garde de ne toucher à aucun viscère.

159. Dans les maux près du cardia, comme était celui de Xenarque, il faut faire les applications assez chaudes, et commencer par réchauffer la plaie vis-à-vis le vide, l'endroit dévoré.

160. Quand on voit pour la première fois un malade qui est en colère, on ne peut tirer d'indice de sa voix, si on ne sait comment il l'a lorsqu'il est tranquille. Il en est de même de ses yeux, quand il est irrité, ainsi du reste. Un malade a-t-il la face d'un phthisique, il reste à savoir comment il l'avait avant la maladie.

161. La toux fatigante se fait sentir dans toutes les parties faibles, surtout aux articulations; et les fièvres qui donnent des lassitudes dans tout le corps, causent souvent une toux sèche, dont l'humeur se fixe aux articulations durant la fièvre.

162. L'automne est terrible pour les phthisiques; le printemps aussi, à l'époque où les feuilles des figuiers ont acquis la forme d'une patte de corneille.

163. (*Particularités sur la constitution épidémique, relativement aux phthisies.*) A Périnthe on vit plusieurs phthisiques au printemps. Ils tombaient dans cet état à la suite d'une toux qui fut épidémique durant l'hiver: cela arriva même à certains qui avaient eu des maladies équivoques. La plupart de ceux qui s'étaient plaints de douleurs aux reins, échappèrent à la phthisie. De ce nombre fut le malade auprès duquel j'avais été conduit par Cynisce.

164. (*Continuation d'aphorismes divers, ou de matériaux pour en faire.*) On doit reconnaître, dans les douleurs de poitrine et de côté, des différences qui proviennent de leur nature ou de la constitution des saisons, même en voyant pren-

numero ille exstitit, ad quem me Cyniscus deduxit.

In doloribus laterum, pectoris, aliarumque partium, tempora num multum inter se differant, animadvertendum, quando nimirum melius, aut rursus pejus habebant, nihil in hoc delinquentes.

SECTIO VIII.

In diuturnis intestinorum difficultatibus ciborum fastidia mala, idque maxime, si febris accesserit.

Ulcera undiquaque glabra, maligna.

Lumborum doloris ad latus recursatio, et tubercula putrida, quæ σπῆ dicuntur, malo sunt.

Renum vitia supra quinquagesimum annum sanata non vidi.

Animadvertenda sunt, quæ per somnos ingravescent. et quibus extrema perfrigescunt, mensque perturbatur, cæteraque id genus, quæ per somnos eveniunt, et quibus contra accidit.

Quibus certe nihil intra statutum pariendi tempus accidit, iis singulis vitales partus existunt.

Quæ gestationis tempore apparent, in quos menses incidant, videndum.

Labores certis temporum circuitibus fiunt, et quidquid septuaginta diebus movetur, ter iisdem in sese ductis perficitur, et quidquid nonaginta diebus movetur, ter iisdem in sese ductis perficitur.

Animadvertendum etiam, quod post menstruas purgationes uteri, tum dextra, tum sinistra debiscunt, quodque humiditas, quæ per ea, quæ prodeunt, satis indicatur, siccissimam victus rationem desiderat.

Quidque, qui celerius efformatur, fetus, ac movetur, rursus tardius incrementum accipit.

Labores ut plurimum uterum gerentibus, tertio, quinto, septimo, et nono mense contingunt; item secundo, quarto, et sexto.

Quæ ex parva tabella desumpta, consideranda sunt.

Victus ratio ciborum, ac potuum, repletionem, ac vacuationem constat, eorumque mutationes, dum ex aliis in alia fiunt, prout se habeant, considerandæ.

Odores partim oblectantes, partim offendentes, quidam etiam implentes, et obsequentes, eorumque mutationes, ex quibus contingant, et qualiter se habeant, animadvertendum.

dre la respiration pendant un certain temps à des personnes qui ne se trouvent point d'ailleurs dans l'effet de quelque faute de régime (1).

SECTION VIII.

165. Le grand dégoût dans des longues dysenteries est un mauvais signe, surtout s'il y a fièvre.

166. Les plaies dont la peau d'alentour perd les poils, sont de mauvais caractère.

167. Il se fait un passage des douleurs des lombes aux côtés de la poitrine, avec des tumeurs que nous nommons de la pourriture.

168. Je n'ai pas vu de colique néphrétique guérie après l'âge de cinquante ans.

169. On observera les redoublements qui arrivent dans le sommeil avec froid aux extrémités, avec agitation dans l'esprit et toutes autres choses qui se montrent dans le sommeil, tant en mal qu'en bien.

170. Toutes les fois que dans la grossesse il ne se passe rien contre nature, les enfants sont vitaux. S'il arrive quelque chose non ordinaire, il faut examiner en quel mois cela arrive. Il y a des périodes pour des mouvemens qui se font au bout de quatre-vingt-dix jours. Le grand mouvement qui se passe après neuf mois arrive à l'époque de trois mois. On observera aussi que l'utérus est quelquefois dilaté du côté gauche ou du droit, ainsi que cela paraît d'après les humeurs qui en sortent; qu'il faut donc alors un régime desséchant; que les embryons dont les membres sont plus tôt formés, croissent ensuite plus lentement; que communément les accidens arrivent dans la grossesse au troisième mois, au cinquième, au septième, au neuvième, quoiqu'il en arrive aussi le second, le quatrième et le sixième. Ceci, du reste, ne doit être regardé que comme un aperçu.

171. Le régime consiste à remplir ou à vider. Observez les changements qui arrivent après le manger et le boire. Il y a des odeurs qui plaisent, d'autres qui révoltent, certaines qui remplissent; il y en a dont on modère l'effet à volonté. Observez donc aussi l'usage que l'on en fait; quelle est pareillement l'impression

(1) Les médecins praticiens reconnaîtront bien la vérité de cet aphorisme dans ce qu'ils pourront se rappeler des malades qu'ils ont soignés, atteints ou menacés de pulmonie, d'asthme sec ou humide, etc.

Eos, qui irruunt, intrant, aut egrediuntur, spiritus, aut etiam corpora contemplari oportet.

Eorum, quæ sub auditionem cadunt, quædam meliora esse, quædam vero offendere, videndum.

In lingua quoque, ex quibus quænam alliciantur, videnda sunt.

In aere considerandum, quanta insit caliditas, frigiditas, crassitudo, tenuitas, siccitas, humiditas, an plenior, an vero minor, et copiosior. In quibus quænam mutationes, et ex quibus fiunt, quomodoque se habeant, animadvertere oportet.

Quæ continent corpora, aut intus continentur, aut in nobis cum impetu moventur, contemplanda sunt.

Sermonis quoque, et silentii, habenda est ratio, et dicere oportet, quæ velit æger, videndumque, quibus utitur sermonibus, sintne magni, an multi, an veri, aut ficti.

Quæ e corpore prodeunt, nosse oportet, unde initium ceperunt, aut ubi cessarunt, quamque sunt divulsa; colores quoque, ex quibus aut caliditatem, aut salsuginem, aut dulcedinem, vel tenuitatem, vel crassitudinem inspicere convenit, num vero æqualiter, aut inæqualiter, in corpore, quove tempore eveniant. In quibus omnibus quales mutationes, et ex quibus existunt, considerandum.

Contemplandum, num eructationem inchoaverit natura, nec obtinuerit.

Lacrymæ considerandæ, num volenti, aut invito, vel multæ, vel paucæ, aut calidæ, aut frigidæ emanent; in quibus etiam crassitudinem, et gustum inspicere oportet.

Sputum videndum, num ex ore æger exscreet, num vero tussi, aut vomitione rejiciat.

Solis æstus, frigus, humectatio, siccitas, consideranda sunt. Mutatio quoque, per quæ, ex quibus, et ad quænam se habeat.

Labores etiam, otia, somnos, vigilias, in considerationem adhibere oportet.

Quin etiam quæ in somno fiunt, et insomnia videnda sunt, deinde cubilia quoque, in quibus decumbunt, et ex quibus transferuntur.

Mentis quoque intelligentia videnda est, ut per se ipsa constat; citra instrumenta, et res externas, an tristitia, aut gaudium, an metu, aut confidentia, an

produite par le corps et par l'air, soit qu'il entre ou qu'il sorte. L'ouïe réjouit quelquefois, d'autres fois elle afflige. La langue, organe du goût, attire ou repousse. L'air de l'atmosphère est froid ou chaud, épais ou tenu, sec ou humide, chargé d'hétérogène, ou pur, plus ou moins dense. Observez les effets de ses variations, et ce qui les produit; voyez quelle est la force des agents extérieurs, soit qu'ils frappent sur nous ou qu'ils nous arrêtent, quelle est aussi l'influence du silence et de la parole.

172. Il faut laisser aux malades la liberté de tout dire, examiner s'ils découvrent beaucoup, s'ils parlent d'après la vérité ou d'imagination. Le médecin doit juger de quel endroit vient tout ce qui sort du corps, voir combien il en sort, et comment cela s'arrête, sans en négliger ni la couleur ni le degré de chaleur, ni les qualités piquantes ou douces, ni la consistance plus ou moins épaisse, plus ou moins égale et unie; ayant encore égard à l'état du corps qui le rend, et au temps pendant lequel cela dure, et à tous les changements qui y surviennent: c'est ainsi qu'il pourra en pénétrer la cause et les effets. Il examinera s'il y a des efforts pour vomir qui ne soient point suivis de vomissements; si les larmes dé coulent parce que le malade veut pleurer, ou sans qu'il y consente; si elles sont abondantes ou en petite quantité, froides ou chaudes, épaisses ou ténues, salées ou non; si le crachat sort facilement; si le malade vomit en tousant. Il aura égard aux ardeurs du soleil, au froid du temps, à l'humidité, à la sécheresse: ce sont autant de causes qui produisent de très-grands changements. Il aura égard aux occupations habituelles du malade ou à son oisiveté, à son sommeil et à ses insomnies, aux rêves qu'il fait en dormant, à sa manière de rester couché sur telle ou telle partie, à l'état intérieur de son âme, indépendamment des choses étrangères; s'il est triste ou gai, s'il a peur ou s'il est plein d'espoir; s'il est naturellement timide ou courageux, comme l'était la fille d'Hippothon, qui se posséda toujours, connaissant parfaitement son état.

173. Il faut tenir compte de l'âge, pour voir si les événements se montrent trop tôt ou trop tard, comme par exemple si une paralysie est venue dans l'hiver et à un vieillard, ou bien l'été et à un enfant. La dernière est anticipée, l'autre ne l'est point. La même observation a lieu pour la chute des dents, pour l'aptitude à la génération, pour l'embonpoint excessif, pour la faiblesse ou les forces, pour le dépérissement. Examinez tou-

spe, aut animi abjectione tentetur, velut Hippothoi puella, quæ mente per se constabat, et eorum, quæ in morbo contingebant, optime gnara erat.

Ætatem quidem ab ætate distinguere oportet, et num prius, aut posterius, quam convenit, quid contingat, velut si quid hyeme resolutione tentatum sit, et ætate senili, aut puerili, et ætate, aut prius, aut posterius, quam conveniat. Dentium eruptiones, capillorum exortus, seminis ejectione major aut minor, pilorum incrementum, crassitudo, robur, imminutio.

Quod cognatum est, et quod per sese constat, et quo major aut minor inest cognatio, contemplari oportet.

Anni quoque tempestas consideranda est, quæ maturior, aut serior contingit, et quæ assiduis imbribus madens, aut impense sicca exstitit, frigida aut calida, ventis carens, aut quibus ventis perflata. Videndum quoque, num ista temporis initio, aut medio, aut fine, aut assidue, aut jam præterito, aut adhuc præsentem contingant.

Morbi etiam horam et tempus contemplari oportet, et quæ in morbis accidunt, circuitus, ex hisque quinam majores, et quinam longiores, et incrementa. Totius quoque morbi incrementum, aut remissio, aut vigor, et quod magis, quodque minus confecerit, et quando, et quam ratione, et quam hora, et ætate, in considerationem adhibenda sunt.

Populariter grassantium morborum inspicenda natura est, ac si quis eorum sine vomitu initium sumserit, veluti an post epotum medicamentum alvus quibusdam sistatur, an parum purgetur.

Forte etiam considerandi sunt exacte albescentes, si febricitent, quorum etiam labra inspicere oportet, quale quoque febris genus, et tempora.

Corpus quoque, et actio, in considerationem adhibeantur, tum visio, auditio, nasus, lingua, et ratiocinatio.

Tumores in superioribus palpebris relictos considerare oportet. Alii namque circum gracilescentibus morborum reversiones denuntiantur. Videndæ quoque sunt palpebræ, quæ in extremitate aliquantulum rubescunt, et indurantur, atque inter eas maxime glutinosæ, extumescentes, quæque in his continentur, quale quid Pharsalo Polymedæ contigit.

Tumores prorumpentes, aut livores, in lippitudinibus, aut ulceribus, considerandi sunt. Quin etiam quæ ex tuber-

jours si c'est symptomatique ou essentiel.

174. On doit encore distinguer dans ce qui est propre à chaque saison ce qui y est anticipé ou retardé ; à quelle époque les pluies ou la sécheresse sont arrivées, et les froids et les chaleurs, et les vents et les calmes ; si c'est au commencement de la saison, vers son milieu ou à la fin ; si les constitutions de l'atmosphère ont été constantes ou très-variables ; sans perdre de vue qu'il y a des maladies propres aux saisons ; que leurs symptômes sont assujettis à des périodes plus ou moins longues ; que l'état de la violence du mal est fort différent de celui du relâche, et que ses phénomènes doivent être proportionnés à l'intensité de la cause, à l'époque de la maladie, aux diverses causes qui l'ont produite, à la saison, à l'âge du malade.

175. Il faut, en étudiant le caractère des épidémies, remarquer si elles commencent par des vomissements, si les malades gardent les médecines, et si elles les purgent promptement ; si les personnes très-blanches de peau se trouvent plus généralement attaquées ; observer quel était l'état des lèvres, et dans quelle saison l'épidémie s'est manifestée.

176. Indépendamment de l'intellect, le corps concourt aussi à faire connaître les maladies par le moyen de la vue, de l'ouïe, de l'odorat, du tact et du goût. On emploie ensuite le raisonnement.

177. On tire des inductions des enflures que les maladies laissent à la paupière supérieure ; car cette circonstance, tandis que les autres parties diminuent de volume, annonce une rechute. On doit porter le même jugement des paupières rouges, gonflées et dures sur le bord, qui contiennent diverses matières, telles qu'on les vit chez Polymède à Pharsale ; *item* des paupières gonflées et livides, avec de la chassie et des ulcères. Les matières sont ici très-différentes de celles des autres tumeurs qui suppurent.

178. Les tranchées autour de l'ombilic sont un signe équivoque : il est quelquefois produit par l'ail ou par les oignons.

179. Il y a des cas où l'érysipèle vient du cou et se porte à la face : quand le cou noircit c'est mauvais signe, surtout s'il s'y fait des phlyctènes de mauvaise nature, et s'il s'y joint d'autres accidents.

180. Adamanté tourmenté par l'atrabile, prit de l'ésule ; il vomit des matières noires, comme on en rend quelquefois après avoir mangé de l'ail.

181. Les fièvres dans lesquelles il vient du mal aux lèvres, se termineront peut-être avec cette éruption ; surtout si ce sont des fièvres tierces avec des frissons.

culis, aut suppuracionibus deferuntur, inspicere oportet.

Uteros affectos indicabunt tormina circa umbilicum, et dolores, qui interdum a porro, quin etiam et ab alio his postea contingebant.

Nonnullis etiam erysipelas a cervice ortum duxit, eodemque fere tempore in facie judicabatur. Nigra quoque, quibus in collo erant, mala, tum etiam, si pustulæ erumpebant, aut quibus alvus perturbabatur.

Atra bile vexatus Adamantus, multo sumto peplo, interdum nigra vomitione rejecit, quod aliquando etiam a cepis contigit.

Febres, in quibus labra exulcerantur, fere intermittunt, et tertianis perfrigerationes adsunt. Deurentes vero statim ad manus contactum semper solutæ apparent.

In articulis, quale quid insit, considerandum, num etiam suppuracionem faciant.

In valetudinis autem ratione consuetudo spectanda est, in victu, tegumentis, laboribus, somnis, rebus venereis, et animi affectibus.

Considerare morbos oportet, qualiter, ex quibus, quasnam formas habeant, ad quos locos conversi sunt, quo tempore cœperunt, assuerunt, cessarunt.

Videndum, in quibusnam in continentibus metum injicere oporteat.

In morbo contraria victus ratio adhibenda.

Videndum etiam, quod facile, et quod ægre, aut cum molestia fertur.

Victus ratio, quoad ejus fieri potest, dignoscenda est. Hanc enim non penitus perspectam habere, calamitatis plena res est.

Optimis vero medicis similitudines imponunt, et difficultates pariunt. Contraria vero causa efficit, quæ qualis sit, consideranda venit. Et sane difficile est, curandi viam ratiocinatione assequi, veluti num acuminato fit capite, si resimis naribus, si aduncis, si biliosus et ægre vomat, si bile atra præditus, si negligenter et temere vixerit, de iisque simul inter se convenire est, difficile.

Quædam, cui parva fistula rursus rumpebatur, tussiculæ quiescere non sinebant.

Quendam, cui jecoris fibra in sinus contracta fuit, concussi, et continuo dolor cessavit.

Satyrus in Thaso, cognomento Grypalopex, cum viginti quinque annorum

Ceux en qui cela arrive, et qui à la suite du froid ont aussitôt un chaud extrême sensible au toucher, ne manquent jamais de guérir.

182. Il faut, quand il se fait quelque dépôt aux articulations, bien examiner s'il suppurera.

183. On doit, quand on se porte bien, ne faire aucun changement dans son régime ordinaire, ni dans ses habits, ni dans son travail, ni dans le sommeil, ni dans le commerce avec les femmes, ni dans ses occupations d'esprit. Voilà pour l'état de la santé. Il faut de même, relativement aux maladies, examiner quelle est leur tournure, dans quels lieux elles dominent, comment elles ont commencé, quels en sont les effets, comment elles se terminent, chez qui elles sont faibles ou terribles, quel est le régime contraire au mal; de quoi les malades se trouvent-ils bien; de quoi ils sont incommodés. Il importe surtout de connaître, autant qu'il est possible, le régime approprié; on causera bien des maux, si on l'ignore. J'avoue que la fausse ressemblance des cas fait commettre des erreurs à de bons médecins, à cause de la difficulté de démêler l'influence d'une foule de circonstances particulières, comme quand le malade a la tête pointue, ou qu'il est camard, ou qu'il est d'un tempérament un peu sec, ou qu'il est bilieux et qu'il ne vomit pas facilement, ou que c'est un jeune homme qui a vécu jusqu'alors à l'aventure. Il y a bien de l'embarras à concilier tout, pour en déduire le traitement.

184. (Quelques observations particulières.) Une petite fistule se r'ouvrait sans cesse chez un malade en qui la teux empêchait la cicatrice de se consolider.

185. Je fis donner la secousse (1) à un homme qui se plaignait de douleurs au lobe du foie: le mal cessa tout de suite.

186. (Satyre surnommé le Renard-Faucon.) A Thase, Satyre, qu'on surnommait le Renard-Faucon, fut atteint, à l'âge de vingt-cinq ans, d'une gonorrhée qui

(1) On a dû remarquer qu'il est souvent question dans les OEuvres d'Hippocrate de secousses données pour opérer la délivrance de certains maux. On peut voir des détails de certaines secousses dans le Traité des articles, n° 20, dans celui des maladies des femmes, n° 80, livre premier; dans celui des femmes stériles, au dernier numéro; dans celui de l'extraction du fœtus mort, n° 4. (Voyez aussi le n° 106 du cinquième livre des épidémies.)

esset, sæpius inter dormiendum feminis profluvium expertus est, eique semen interdium frequenter promanabat. Cum autem trigesimum annum fere attingisset, tabe correptus mortuus est.

Abderis palæstræ custos quidam, Sthe-neus nomine, cum valentiore multum luctatus, et in caput lapsus, digressus, frigidam copiose hausit. Post hæc verò nocte illa insomnia, corporis incontinencia, et jactatio, ac extremorum frigiditas contigit. Postridie domum ingressus, glande alvo apposita, nihil demisit, paucam autem urinam reddidit, cum antea nullam reddidisset. Sub noctem lotus, nihilominus insania, et corporis incontinencia vexatus, deliravit. Tertio vero die extremorum perfrictio adfuit, excalefactus sudavit. Epota autem mulsa, tertio die mortuus est.

Atra bile vexati morbo quoque comitiali corripri magna ex parte consuevere, et morbo comitiali laborantes atra bile divexari. At horum utrumque magis accidit, prout ad alterutram partem morbus inclinarit. Etenim si in corpus, morbo comitiali laborant; si vero in mentem, atra bile vexantur.

Abderis Phætusa, Pythæi conjunx, antea per juventam fecunda erat, viro autem ejus exulante, diu menses defecerunt, ex quo postea dolores, et rubores, ad articulos exorti sunt. Quæ ubi contigerunt, tum corpus virile, tum in univertsum hirsutum est redditum, barbaque est enata, et vox aspera reddita. Sed cum omnia, quæ ad menses deducendos facerent, tentassemus, hi non profluxerunt, verum haud ita multo post vita ea functa est.

Idem quoque in Thaso Namysia, Gorippi conjugi, contigit. Omnibus autem medicis, cum quibus etiam collocutus sum, unica spes adesse visa est, ad muliebrem naturam reduci posse, si menses secundum naturam procederent. Verum, quamvis omnia moliremur, huic prodire nequiverunt, sed paulo post ea mortua est.

lui faisait perdre la semence pendant le sommeil, et souvent dans le jour : il devint phthisique à trente ans, et il mourut.

187. (*Sthénée, le concierge de la palestretre.*) A Abdère, Sthénée, concierge de la palestretre, après avoir lutté contre un plus fort que lui, fut renversé sur la tête. En se retirant, il but de l'eau froide : la même nuit il eut de l'insomnie avec un grand malaise; il ne pouvait réchauffer ses extrémités. Le lendemain il alla chez lui : on mit un suppositoire qui ne le purgea point. Il rendit un peu d'urines : auparavant il n'avait pas uriné. Dans la nuit il prit un bain; l'insomnie et le malaise persistèrent; il tomba dans le délire. Le troisième jour les extrémités froides se réchauffèrent un peu, il sua. Il mourut le troisième jour en buvant de l'hydromel.

188. (*Aphorisme donné en passant.*) La mélancolie dégénère souvent en épilepsie. et les épileptiques sont, en général, mélancoliques. L'un et l'autre de ces deux états ont plus ou moins lieu, suivant les organes sur lesquels le mal se jette. L'épilepsie a lieu quand il se déploie sur tout le corps; la mélancolie, quand il attaque l'organe de la raison.

189. (*Continuation d'observations particulières. Phaëtuse, femme de Pythée.*) A Abdère, Phaëtuse, femme de Pythée, qui avait fait plusieurs enfants dans sa jeunesse, fut long-temps sans avoir ses règles, son mari ayant été obligé de fuir. Elle devint alors ce que nous appelons une femme homasse : sa peau se couvrit de poils, son menton poussa de la barbe, sa voix était rude. On fit inutilement tout ce qui paraissait propre à rappeler les règles, elle mourut au bout de quelques temps.

190. (*Namysie, femme de Gorippe.*) A Thase, la même chose arriva à Namysie, femme de Gorippe. Il paraissait à tous les médecins, du nombre desquels j'étais, qu'il n'y avait qu'un seul espoir, celui de ramener les règles dans leur état naturel; mais nous ne pûmes en venir à bout, quoique nous ne négligeassions rien pour réussir. Cette femme mourut en peu de temps, comme la précédente.

LIBER VII.

LIVRE VII.

ARGUMENTUM LIBRI.

Adnotationes, ut in prioribus libris absque ordine in adversaria relatæ, potissimum de phrenitide, febribus continuï, hydropæ, morbis gravidarum, chirurgicis etiam casibus.

Post caniculam febres vigeabant, in quibus ægri sudoribus diffluebant, nec penitus a sudore perfrigescebant, sed rursus incallescabant, fereque longæ erant, et difficiliter habebant judicationem, neque admodum sitim adferebant. Paucis vero septimo et nono die desinebant, quibusdam etiam undecimo, decimo quarto, et decimo septimo.

Polycratem febris, et sudor, qualis descriptus est, invasit. Ex medicamento purgatio per alvum multa, et febris adeo levis erat, ut obscure præterquam in temporibus consisteret. Sub vesperam parvi sudores circa caput, cervicem, pectus, deinde statim etiam per totum ventrem exorti sunt, rursusque æger incaluit. Ad duodecimum vero, et decimum quartum diem febris intendebatur, et paucæ erant alvi ejectiones. Post purgationem sorbitionibus usus, sub decimum quintum diem ventris dolores ad lienem, et lateris sinistri inanitatem, prehenderunt, qui, postquam calida admota minus, quam frigida conferrent, molli per clysterem infuso cessaverunt.

Idem vero etiam Cleocydi, ex doloribus, et febre, eodem modo laboranti, contulit. Circa autem decimum sextum calores remissiores visi sunt, et alvi dejectiones sinceram bilem demittere, mensque ferocior. Spiratio autem moderata, interdum vero, ubi abunde attraxisset, rursus confertum expirabat, tanquam animo deficiens, aut velut qui per æstum iter confecit, in umbra desicens respirare solet. Sub decimum septimum igitur diem, ad vesperam in sella residens, in animi deliquium incidit, diuque sine voce, ac sensu jacuit, et paucam aquam mulsam vix sumsit, velut rescatis faucibus colli fibras distendens, et prorsus viribus exsolutis, vix tandem ad se rediit, et calores remissiores erant. Demum secundo et vigesimo die morbus desiit.

1. (1) (*Quelques particularités de la constitution épidémique, avec l'observation de la maladie de Polycrate et de Théocyde.*) Après la canicule, les fièvres tournèrent aux sueurs, qui n'étaient point suivies de froid. Les chauds reprenaient à la suite des sueurs. Les maladies étaient longues à l'avenant, et les crises difficiles. La soif ne tourmentait guère les malades : il y en eut peu qui guérèrent le septième ou le neuvième jour. La maladie dura chez les autres jusqu'au onzième, au douzième, au quatorzième et au dix-septième jour. Polycrate eut la fièvre et les sueurs telles que je viens de dire. Il fut bien purgé par bas. La fièvre s'adoucit, au point qu'elle ne paraissait qu'aux tempes. Les sueurs revenaient vers le soir à la tête, au cou, à la poitrine et au ventre, la chaleur aussi. La fièvre dura jusqu'au douzième et au quatorzième jour. Il rendait quelques selles. Il usa de la purée de tisane après avoir été purgé. Le quinzième jour il eut des douleurs aux entrailles, à la rate et aux flancs. Les applications chaudes le soulageaient moins que les fraîches. Le mal finit avec l'effet d'un lavement émollient. Les choses se passaient de même vis-à-vis Théocyde, qui avait aussi des douleurs avec la fièvre. Les chaleurs parurent fort diminuées vers le seizième jour, et il rendit de la bile pure, mais il avait un air brusque : sa respiration était tranquille, à la réserve qu'il poussait des soupirs de temps en temps, comme un homme accablé, ou comme un voyageur excédé de fatigue, qui s'assoit à l'ombre. Le soir du dix-septième jour, étant assis sur une chaise, il eut une défaillance dans laquelle il resta long-temps sans recouvrer la connaissance ni la parole : à peine peut-on lui faire avaler de l'hydromel. Ses veines du cou étaient gonflées, comme dans ceux qui ont le gosier sec, et sa faiblesse était grande. Il revint enfin : ses membres prirent une chaleur douce, la maladie finit entièrement le vingt-deuxième jour.

2. (*Pythodore.*) Pythodore fut atteint, dans le même temps, d'une fièvre continue. Il eut le huitième jour des sueurs qui furent suivies de chaleur ; le dixième la sueur revint ; le douzième il avala de la purée de tisane, et la fièvre ne se fit

(1) Ce premier numéro n'est guère que la répétition du n° 76 du cinquième livre des Epidémies, avec un peu plus de détail.

Circa idem fere tempus Pithodorum febris assidua prehendit, octavo sudor exortus, rursusque incaluit. Decimo iterum sudor, duodecimo æger sorbitium-culam ex hordeo sumpsit. Ad decimum quartum usque diem febris obscura fuit, in temporibus tamen aderat, sine siti æger erat, et sanus sibi esse videbatur. Quotidie sudores effluebant. Decimo quinto die, post sorbitionem ex pulli jure, bilem æger vomitione rejecit, et alvus deorsum est commota, febris exasperata, rursus desiit, sudores multi diffluebant, totamque corpus, præter tempora, perfrigeratum sentiebatur, pulsus non deficiebat. Videbatur autem modico tempore quievisse, ita, ut æger sibi incallescere videretur. Vigesimo quarto die, ubi jam per multos dies cibos gustaverat, et pransus erat, febris erat multa, et sub vesperum una cum somno delirium. Jam igitur febris delinebat assidua, et vehemens, interdum quidem unam, interdum vero duas noctes æger pervigil erat. Omni vero deinceps tempore tam abunde somnus suppetebat, ut ægre excitaretur, in somno delirium aderat, et si quando æger ex somno excitaretur, vix sibi constabat, non sitiebat, spiratio moderata, atque interdum, qualis Polycrati, lingua colore tincta erat. Post septimum vero recidivæ diem ptisanæ succus exhibebatur, post decimum quartum cibus, primis septem diebus æger eructabat, ac revomebat interdum cum potu biliosum quiddam, citra nauseam, donec alvus deorsum soluta est. Ex quo, recidivam passus est, sudores defecerunt, nisi si quis adeo paucos circa frontem erupit, vix ut ullam de se significationem ederet. Lingua ex somno nisi collueretur, præ siccitate aliquantum balbutiebat, in eaque ulcera rumpebantur, et in labro inferiore, ac gingivis, dejectiones paucæ erant, ad decimum quintum a recidivæ diem crebriores, et glutinosæ, quæ ex malicorii decocto sedatæ sunt, urinæ, quales quæ morbi diurnitatem præ se ferunt. Ad extremum, dum æger potum deglutiret, pectoris dolor aderat, id, quod manus pectori admota indicabat, qui cuminum ex ovo sorbenti sedatus est, lingua vero laxitatem pertulit. Quinquagesimo die a primo, circa arcturum, sudores pauci, circa lumbos et pectus, exorti sunt, et corpus totum, præter tempora, exiguo admodum tempore perfrigescebat. Primo et quinquagesimo remisit, neque de integro prehendit.

point sentir jusqu'au douzième, si ce n'est aux tempes. Il n'y avait point de soif; le malade disait qu'il se portait bien; il suait cependant tous les jours. Le quinzième, ayant pris un bouillon de volaille, il vomit de la bile, et il rendit des matières par bas. La fièvre redoubla, puis elle se calma. Tout le corps était froid, excepté les tempes; le pouls s'y soutenait. On voyait que c'était un froid qui serait bientôt suivi de chaud. Le vingt-quatrième jour, comme il usait des aliments, et qu'il dinait, il lui survint une grosse fièvre avec délire et propension au sommeil. Elle était continue et forte, y ayant des nuits entières, quelquefois deux de suite sans aucun repos, puis un sommeil profond dont on ne pouvait le tirer, et durant lequel le délire continuait. Quand on parvenait à le réveiller, il ne se possédait pas bien. Il n'était point altéré; sa respiration était tranquille, telle quelquefois que celle de Polycrate. Il avait la langue colorée. Sept jours après la rechute il prit la purée de tisane; le quatorzième jour il mangea. Durant les sept premiers jours il avait le hoquet, et un vomissement dans lequel il rendait la boisson avec un peu de bile, sans beaucoup de fatigue; les sueurs ne reparurent point dans la rechute, à moins qu'on ne veuille tenir compte de quelques gouttes autour du front. Quand il s'éveillait, la langue était sèche, au point de ne pouvoir parler, jusqu'à ce qu'il l'eût lavée; elle était gercée, les lèvres et les gencives l'étaient aussi. Les selles, qui auparavant étaient peu de chose, devinrent abondantes vers le quinzième jour, lorsqu'il tomba en rechute, et plus visqueuses. On les arrêtait avec l'écorce de grenade. Les urines furent toujours, comme dans les maladies qui doivent être longues. Durant les derniers temps, il sentait, en buvant, des douleurs à la poitrine, où il était obligé de porter la main: des bouillons d'œuf avec du nitre le calmèrent; le mal se jeta sur la langue. Le cinquantième jour, à compter du commencement de la maladie, vers le coucher d'Arcturus, il eut de petites sueurs avec des froids dans tout le corps, excepté aux tempes. Cela diminua le lendemain, et ne revint plus.

5. (*Le fils d'Ératolas.*) Le fils d'Ératolas eut la dysenterie avec fièvre, vers l'équinocxe d'automne. Les selles étaient bilieuses, claires, abondantes, médiocrement sanguinolentes. Il souffrait beaucoup des entrailles. Les douleurs s'apaisèrent et le sang s'arrêta, avec l'usage du petit-lait, et du lait où l'on jetait des cailloux rougis au feu; mais les selles bilieuses persistaient. Le malade se pré-

Ad æquinoctium autumnale Eratolai puer intestinorum difficultate, cum febre, correptus est. Alvi recrementa biliosa erant, tenuia, multa, et aliquantulum, ac modice cruenta, ventris vero dolor vehemens. Epoto autem sero, et lacte, carentibus calculis immixsis incenso, dolores moderatiores evadebant, et dejectiones subcruentæ, verum biliosæ comitabantur, crebræ erant ad desidendum exsurrectiones, minore tamen cum dolore. Post primos autem sex dies febricula, neque ægroto, neque multis toto morbi tempore prorsus adesse videbatur, adeo obscura erat. In temporibus tamen pulsatio aderat, et lingua præ siccitate aliquantulum balbutiebat, sitisque moderata erat, et insomnia. Sorbitiones vero jam sumebat, et vinum. Cum jam fere decimum quartum diem attigisset, tumores ad aurem utramque sigillatim oborti, duri et crudi, omnes sensim evanuerunt, moderatos vero dolores afferebant. Non desinentibus autem dejectionibus, sed biliosis usque perseverantibus, herbam pollinis in modum sorbenti, mitiores ad aliquod tempus biliosæ dejectiones, et dolores evaserunt, sed liquida multa æger crebro demittebat, cibos admodum aversabatur, neque, nisi modis omnibus coactus, assumebat. Quod ad calorem, linguam, et sitim attinet, qualia dicta sunt æger perseverabat, neque sudores ulli apparebant. Ea autem erat oblivio, ut, ubi de eo, quod paulo ante intellexerat, interrogaverat, aliquo post intervallo iterum interrogaret, ac velut non prius dictum repeteret. Neque si desideret, recordabatur, nisi a quoquam admonitus, ejusque affectionis sibi ipse conscius erat, neque ignorabat. Spiratio, qualis per sanitatem. Supra trigesimum vero, ad quadragésimum diem usque, et ventris dolor multum incresebat, et supinus æger decumbebat, neque se tantillum convertere poterat. Quod autem dolor gravis erat, aliis, qui cibum in os inderent, egebat. Alvi recrementum multum erat, disparatum et tenue, coloris vinosi erant, quæcunque assumebat, interdumque aliquantulum cruenta, corporis vigor ad extremam colliquationem, et imbecillitatem conversus est, neque alio sublevante æger surgere amplius poterat. Quod si quis medium umbilicum attigisset, et manum ad cartilaginem illam in pectoris cavo, sub qua os ventriculi delitescit, deduxisset, tanta illic palpatione inerat, quanta neque ex cursu, neque ex timore circa cor suscitari queat. Epoto

sentait souvent pour aller à la selle, quoiqu'avec moins de douleurs. Après les six premiers jours la fièvre était fort peu de chose, et la plupart des gens auraient dit qu'elle avait fini, si peu elle était sensible. Il y avait cependant toujours des battements aux tempes, et la langue était gercée de sécheresse. Le malade était assez altéré; il ne dormait point. Cela n'empêchait pas qu'il ne fût déjà passé à la purée de tisanæ et à l'usage du vin. Quand il fut au quatorzième jour, il lui vint deux parotides, une de chaque côté, qui étaient dures. Elles se dissipèrent sans que la matière mûrit; il y resta peu de sensibilité. Les selles bilieuses et les douleurs d'entrailles furent fort diminuées pendant quelque temps: il rendait fréquemment beaucoup d'eau, et il était si dégoûté, qu'on avait toutes les peines du monde à lui faire prendre de la nourriture. Quant à la chaleur, à l'état de la langue et à la soif, cela restait comme je l'ai dit; il n'y avait absolument pas de sueurs. Sa mémoire était abolie, au point qu'il redemandait un moment après ce à quoi on venait de lui répondre, ne s'en souvenant plus. Il ne pouvait pas dire s'il était allé du ventre, à moins qu'un autre ne répondît pour lui. Il connaissait très-bien lui-même que sa mémoire ne le servait point. La respiration était comme celle d'un homme en santé. Depuis le trentième jusqu'au quarantième jour, il souffrit beaucoup plus du ventre; il restait couché sur le dos sans pouvoir se tourner ni se redresser pour boire; on était obligé de le faire avaler étendu, tant les douleurs le pressaient. Les selles étaient abondantes et les matières claires, point mêlées, de la couleur des aliments et des boissons qu'il avait pris; colorées quelquefois d'un peu de sang. Son corps était fondu et ses forces entièrement perdues. Il ne pouvait plus se lever, même avec l'aide d'autrui. Quand on mettait la main sur le milieu de son nombril et sur l'hypochondre, on sentait un battement, tel qu'on n'en a point de si fort au cœur ni après les courses, ni dans un effroi. Il fut amplement purgé de matières bilieuses pendant deux jours, avec huit livres de lait d'ânesse bouilli. Les douleurs finirent, et l'appétit revint; j'ordonnai ensuite trois livres et demie de lait de vache cru, où l'on ajouterait pendant quelque temps un sixième d'eau avec un peu de vin rouge âpre, et de ne faire qu'un repas: il consistait en une livre de pain bis le soir, avec du poisson, de ceux qui vivent dans les rochers, préparé simplement, ou un morceau de chèvre ou de mouton. Le malade prit, durant quarante jours, le lait, qu'il ne coupa avec l'eau

per duos dies lacte asinino cocto, ad novem heminas Atticas, biliosa purgatio vehemens exstitit, doloresque cessarunt, et ciborum appetentia oborta est. Postea autem lactis bubuli quatuor circiter heminas Atticas simul æger ebibit, in dies singulos duos cyathos; primum aquæ sextam partem, vinique nigri, et austeri, modicum immiscens, semel vero cibum sumebat, sub vesperam panis subcineritii chœnicis dimidium, et pisciculis saxatilenum tenuem, aut capri carnem, et ovillæ frustulum. Lactis potus erat ad quadraginta dies, post primos decem dies absque aqua, ex vini vero nigri modica portione. Post septuagesimum jam a primo diem, a balneo sub noctem sudor parvus obortus est. Modico potu æger utebatur, eoque post cibum, aut austeriore.

Ctesicrati dolore cum laboribus totum ventrem occupanti, crebraque exsurrectione, et dejectione, aliquantulum cruenta, cum pedum tumore, farina lacte subacta magis, quam serum caprinum contulit. Eadem quoque Adriano fere jam per viginti quinque dies contulerunt, at Cænæ filio lac asinum coctum.

Circa brumam Cydis filium rigor apprehendit, et febris, aurisque dextræ, et capitis dolor. Hic autem auris dolor statim a puero comitabatur, cum destillatione, fistula, et gravi odore. Cumque ita se haberet, fere doloris expers erat, sed tunc dolor gravis aderat, et capitis dolor urgebat. Secundo, aut tertio die bilis vomitione rejecta est, descendit subbiliosa dejectio exstitit, glutinosa, velut ovi subpallidum. Quarto et quinto sub noctem aliquantulum delirabat, et auris, capitisque dolor vehemens erat, et febris. Sexto ex mercuriali alvus deiecit, et calor, et dolor cessasse visus est. Septimo velut sanus, verum circa tempora pulsatio non deseruit, neque ullus sudor erupit. Octavo sorbitiunculam ex hordeo æger sumsit, sub vesperum vero bêtæ succum, et noctu somnum cepit, ac magnopere doloris expers fuit. Nono, sub solis occasum, læto erat animo, ac sub noctem capitis, et auris dolor graviter urgebat. Per hoc tempus autem cum valde laboraret, statim ab initio aurem pure manare contigit. Nocte vero tota noni diei, posteroque die, ac per noctis magnam partem, neminem agnoscebat, perpetuoque ingemiscebat. Die autem ad sese redierat, et dolores cessarant, calorque levior erat. Ubi vero sorbitionem ex mercuriali sumserat, undecimo die alvo rejecta sunt pituitosa, mucosa, gra-

et un peu de vin que durant dix jours. Le soixante-dixième jour il vint une petite sueur au sortir du bain. Je recommandai de boire peu, d'avaler après le repas un travers de doigt de bon vin rouge.

4. (*Quelques observations sur le lait.*) Étésicrate se trouva mieux du lait de chèvre avec de la farine que du petit-lait; il avait des inquiétudes et des douleurs dans tout le ventre, avec de fréquentes envies d'aller, des selles sanguinolentes, et les pieds enflés depuis vingt-cinq jours. Il en fut de même d'Adrien. Le lait d'ânesse cuit fut salutaire à quelques autres.

5. (*Le fils de Cydie.*) Le fils de Cydie fut pris de la fièvre vers le solstice d'hiver, et d'une douleur à l'oreille droite avec mal de tête. Il était sujet à cette douleur d'oreille depuis l'enfance, à raison d'une fluxion qui y avait fait une fistule, d'où il sortait de la matière fétide. Il lui arrivait d'en souffrir quelquefois beaucoup, et d'avoir des maux de tête; d'autres fois il ne souffrait nullement. Le second ou le troisième jour de la fièvre, il eut un vomissement bilieux; il rendit par les selles des matières bilieuses, gluantes. Le quatrième et le cinquième jour il rendait comme des œufs brouillés; il délira dans la nuit; le mal de tête et celui d'oreille étaient violents. Le sixième jour la mercuriale l'évacua; la chaleur et les douleurs semblaient prendre fin. Le septième, il paraissait se bien porter; mais le battement aux oreilles persistait: il n'y avait point de sueurs. Le huitième jour il prit de la purée de tisane; le soir il mangea de la betterave; la nuit fut bonne; il eut du sommeil et point de douleurs. Le neuvième, il était gai le soir; mais dans la nuit il vint des douleurs cruelles à l'oreille, avec un écoulement de pus qui fut précédé d'un grand tourment. Il souffrit durant toute la nuit et le lendemain, mais surtout la nuit. Il ne connaissait personne; il ne discontinuait pas de se plaindre. Le lendemain il se posséda; les douleurs s'apaisaient, la chaleur était modérée. Le onzième jour il alla du ventre, après avoir avalé un bouillon de mercuriale: les matières étaient pituiteuses, muqueuses, fétides. Le douzième et le treizième, il allait passablement. Le quatorzième, au matin, il commença de suer de tout le corps jusqu'à midi, et il tomba dans un état soporeux dont il était difficile de le tirer. Le soir il s'éveilla; il n'y avait pas beaucoup de chaleur, mais le battement des tempes persistait. Le quinzième et le seizième jour il prit des purées. Le dix-septième, les douleurs revinrent

veolentia. Duodecimo et decimo tertio moderate habuit. Decimo quarto die, ducto initio a matutino tempore, ad meridiem usque, toto corpore sudor effluxit, ac somno soporeque multo gravatus, non nisi ægre excitabatur. Sub vesperum vero experrectus, et corpus quidem moderate perfrixit, at in temporibus pulsus perduravit. Decimo quinto, et decimo sexto sorbitionibus ex hordeo æger usus est. Decimo septimo vero sub noctem rursus eorundem dolor rediit, ac delirium, et pus effluebat. Decimo octavo, decimo nono, et vigesimo, furiose æger habebat, vociferans sese attollere conabatur, sed caput continere non poterat, et manibus exporrectis semper aliquid frustra captabat. Primo et vigesimo sudor modicus circa latus dextrum, pectus, et caput, et vigesimo secundo plurimus circa faciem extilit. Per hoc tempus autem, siquidem plurimum voce contenderet, quæ volebat, perfecte efferebat. Sine conatu vero semiperfecta loquebatur, et os solum, ac maxillæ, et labra semper in motu erant, tanquam qui loqui cuperet, oculorum creber motus, et intuitus, oculique dextri color, qualis dictus est, aliquantulum cruentus, palpebra superior intumuerat, et circa genæ extremum rubor erat, venæ omnes faciei adeo contractæ erant, ut conspicuæ essent, neque amplius oculis æger nictabat, verum intente intuebatur, palpebrasque ad superiorem partem extollebat, quasi aliquid in oculum incidisset. Cum biberet, in pectus, et ventricululum descendens potus strepitus percipiebatur, quale quid Chartadi adfuit. Spiratio fere semper moderata fuit, lingua, qualis pulmonum inflammatione laborantibus, ab initio ex pallido albicans, et perseverans capitis dolor. Cervix perpetuo immota non nisi cum capite circumagebatur, et pars, quæ ex cervice ad spinam descendit, recta et inflexibilis erat, decubitus, qualis dictus est, neque semper supinus erat. Pus vero jam serosum, album effluebat, nec nisi magno negotio spongia detergebatur, odoreque modum excedebat. Ad extremum pedum contactum æger non percipiebat.

Thyni puero, in febre ardente vehementer inedia confecto, copiosa alvi dejectio cum bile tamen aderat, et animi deliquio, multoque sudore, toto corpore æger admodum perfrixit, dieque integro, et nocte vox defecerat. Infusum ptisanæ cremorem continuit, mentis compos erat, facile spirabat.

Epicharmi puero, ex deambulatione, et potu, cruditas contigit. Postridie autem mane, suborta anxietate, epota aqua, cum aceto, et sale, pituitam vomitione rejecit, posteaque rigor prehendit, in febre lavit, pectus dolebat. Tertio die, sub ipsum crepusculum, sopor exiguo tempore detinebat, delirabat æger, et febre acuta vexabatur, morbum gravate ferebat. Quarto pervigil mortuus est.

Aristoni, pedis digito ulcerato, cum febre vocis obscuritas aderat, gangræna ad genu usque pervenit, periit. Ulcus autem erat nigrum, subaridum, et graveolens.

Qui cancrum in faucibus habebat, usitione per nos convaluit.

Abderis Polyphantus capitis dolore in vehementi febre vexabatur. Urinæ tenues, copiosæ, sedimenta crassa, et returbata. Cum vero capitis dolor minime conquiesceret, sternutamenta sunt naribus admota decimo die. Post hæc autem dolor vehementer cervicem invasit, urina rubra prodiit, returbida, qualis veterini generis. Velut phrenitide captus, mente æger motus est, obiit cum vehementibus convulsionibus.

Ad eundem quoque modum Evalcidæ famula, cum ei multo tempore urinæ densæ prodirent, et capitis dolores adessent, phrenitide correpta, et vehementibus convulsionibus similiter vexata, mortua est. Fere enim urinæ spissæ, et conturbatæ, capitis doloris, convulsionis, et mortis indubitatum signum præ se ferunt.

Halicarnasseus quidam, qui ad Xantippi domum divertebat, per hyemem auris, et capitis dolore, non mediocri, tenebatur. Erat autem annorum prope

respirer et l'oppression étaient alors extrêmes. Il s'était établi enfin un flux d'humeur pituiteuse par la voie des crachats, qu'il rendait avec beaucoup de toux. Ils devinrent épais et verdâtres. La suppuration et la toux étaient fortes; le mal semblait cependant devoir finir: la toux devenait moindre, et les crachats paraissaient de bonne nature. La fièvre prit de nouvelles forces, et la respiration devint extrêmement précipitée. La mort arriva à la suite d'un froid très-fort aux pieds et au corps, dans lequel la respiration fut encore plus fatigante, et les urines supprimées. Il mourut, ayant toute sa connaissance, le troisième jour de cette reprise du mal.

120. (*Le fils de Thyne.*) Le fils de Thyne était tenu à une diète sévère, dans une fièvre ardente. Il eut une évacuation copieuse de selles bilieuses, avec des faiblesses et beaucoup de sueurs. Il était très-froid; il resta sans parole durant vingt-quatre heures. On lui fit avaler de la tisane crémée: il se remit. Il recouvra la connaissance; la respiration devint naturelle.

121. (*Le fils d'Épicharme.*) Le fils d'Épicharme, à la suite des promenades en rond qu'il faisait au gymnase, et d'autres fatigues, avait un dégoût absolu. Le lendemain matin, étant tourmenté de malaises, il but de l'eau avec du sel et du vinaigre, qui lui firent vomir de la pituite. Bientôt après il eut un frisson: il prit un bain dans le temps du chaud; il sentait des douleurs à la poitrine. Le troisième jour, de grand matin, il tomba dans un état comateux qui ne fut pas long. Le délire vint ensuite, avec une fièvre violente. Il paraissait dans un grand accablement. Le quatrième jour, il n'y eut aucun sommeil, et le malade mourut.

122. (*Ariston.*) Ariston (1) ayant du mal à un doigt du pied, avec la fièvre, la gangrène s'y établit sourdement, et elle gagna jusqu'au genou. Il en mourut. La plaie devint sèche, noire, très-fétide.

125. (*L'homme guéri d'un carcinome du gosier par l'application du feu.*) Un homme avait un carcinome au gosier; j'y appliquai le feu moi-même: il guérit.

124. (*Polyphante.*) A Abdère, Polyphante avait des maux de tête dans une fièvre violente; ses urines étaient claires et copieuses: elles déposaient un sédiment trouble et épais. Le mal de tête persistant malgré cela, on mit des er-

(1) Cette observation a bien de l'analogie avec celle du n° 41, livre v, si ce n'est pas la même.

quinquaginta. Vena juxta Mnesimachum pertusa est. Caput vacuatum, ac perfirgeratum, noxam sensit. Neque enim pus reddidit. Phreniticus evasis, mortuus est. Huic quoque urinæ spissæ erant.

In Cardia Metrodori puero, ex dentium dolore, maxillæ sideratio, et vehementer supercrescens in gingivis caro, ac moderata suppuratio contigit, tum molares, tum maxilla ipsa deciderunt.

Abderæ Anaxenor lienosus quidem erat, et vitiato colore. Contigit autem, ut obortus ad femur sinistrum tumor de repente evanesceret. Neque multis post diebus ad lienis regionem exorta ei est per initia velut pustula, noctibus inquietans, epinyctis dicta, insuperque tumor, cum rubore, et duritie. Post diem autem quartum febris ardens suborta est, et in ambitu omnia livorem contraxerunt, et computruisse visa sunt. Mortuus æger est, cum tamen antea aliquantulum purgatus, et mentis compos fuisset.

Abderæ Clonigus, cum renum quidem doloribus vexaretur, sanguinem paulatim mejebat, plerumque cum molestia, et alvus intestinorum difficultate laborabat. Huic mane quidem lac caprinum, cum quinta aquæ parte, est exhibitum, ita, ut tota mixtura heminarum trium esset, ad vesperum autem, cum pane quidem exassato, pro obsonio beta aut cucumis, vinum nigrum tenuè. Exhibebatur etiam cucumeralis pepo. Hac autem victus ratione et alvus substitit, et puræ urinæ prodibant. In lactis autem potu æger perseveravit, tantisper, dum urinæ restitutæ sunt.

Abderæ mulieri cuidam circa pectus carcinoma exortum est. Erat autem hujusmodi, per papillam sanies subruenta effluebat. Intercepta vero fluxione mortua est.

Abderæ Dinii puero, ad umbilicum mediocriter pertuso, fistula parva relicta est, interdumque lumbricus crassus per se pervasit, cumque febricitaret (ut aiebat), biliosa, quod et ipsa hac prodibant. Huic intestinum in fistulam prolapsum est, ac velut fistula corrodebatur, rursusque disrumpebatur, tussiculæque intus permanere non sinebant.

In Pela Pythonis filius confestim multum febricitare cœpit, cum magna in somnum propensione, cum vocis defecatione somni fiebant, alvusque toto tem-

rhins au nez. Le dixième jour, il survint une forte douleur au cou; les urines prirent une couleur rouge, elles étaient troubles comme celles des juments. Le malade tomba dans un délire frénétique: il mourut, ayant des convulsions violentes.

125. (*La servante d'Eualcide.*) La servante d'Eualcide, ayant pareillement eu de grands maux de tête qui durèrent long-temps, et les urines épaisses, tomba de même dans un état frénétique dont elle mourut, ayant des convulsions. Les urines épaisses et troubles sont en général un signe non équivoque de maux de tête, qui seront suivis de convulsions et de la mort.

126. (*L'homme d'Halicarnasse descendu chez Xantippe.*) Un Halicarnassien qui, en arrivant, était descendu chez Xantippe, avait des douleurs à l'oreille dans l'hiver, avec un mal de tête qui n'était pas médiocre. Il fut saigné chez Mnésimarque; il se trouva moins bien de la tête après cette évacuation: il y sentait des froids. Il ne sortit point de matière purulente; il devint frénétique, et il mourut. Les urines de celui-ci étaient pareillement épaisses.

127. (*Voyez le livre v des Épidémies, n° 105.*) A Cardie, le fils de Métrodore avait des douleurs des dents, avec de la pourriture, de la gangrène et des excroissances charnues aux gencives. Il s'y fit peu de suppuration; il perdit les dents molaires, et une partie de la mâchoire.

128. (*Anaxenor.*) A Abdère, Anaxenor avait la rate affectée et la peau de mauvaise couleur. Il vint subitement à la cuisie une enflure, avec laquelle son mal parut se dissiper. Cependant, peu de jours après, on remarqua à la région de la rate une rougeur, comme une piqûre de puce, avec tumeur. Le quatrième jour, il y avait une fièvre ardente; tout le tour de la tumeur devint livide et se pourrit: le malade mourut. Il avait été extrêmement purgé; il conserva toujours sa connaissance.

129. (*Clonige.*) A Abdère, Clonige avait une colique néphrétique. Il urinait un peu de sang avec beaucoup de douleur. Il y avait du trouble aux entrailles, qui visait à la dysenterie. On lui donna le matin du lait de chèvre coupé avec un cinquième d'eau, le tout à la dose de deux livres; le soir, du pain rôti, des bettes pour mets, et des concombres; un vin rouge léger en boisson: on lui donnait aussi de la courge. Avec ce régime, les troubles du ventre se calmèrent, les urines devinrent pures; il persista dans l'usage du lait jusqu'à ce qu'elles fussent entièrement naturelles.

pore dura erat. Glande vero ex felle supposita, multa dejiciebat, statimque remittebat. Celeriter autem alvus rursus intumescibat, febris ingravescebat, eademque in somnum propensio perseverabat. Eodem autem rei statu exhibitum est aliquid medicamenti ex his, quæ carthamum, et cucumerem agrestem, et meconium recipiunt, biliosa eruperunt, confertimque sopor cessavit, febris mitescibat, cunctaque allevata sunt, et decimo quarto die æger judicio est absolutus.

Eudemo, lienis dolore vehementer conflictato, a medicis est imperatum, ut multa comederet, vinum paucum tenue hiberet, frequenter deambulet, ex qua victus ratione nihil immutabat. Vena secta est, cibos et potum æger parce sumisit, deambulationes sensim auctæ sunt, vinum nigrum, tenue, est exhibitum, convaluit æger.

Philistidem, Heraclidæ conjugem, febris acuta invasit, faciei rubor, nulla ex evidente causa. Paulo vero post procedente die rigore correpta, cum non recalesceret, convulsio in manuum digitis, et pedum, oborta est, paulumque postea ægra incaluit. Urinas reddidit, compacta quædam innatantia, nebulosa, divulsa habentes, per noctem dormivit. Secundo die insuper riguit, per diem paulo magis incaluit, et rubor minor erat, et convulsiones moderatiores succedebant, urinæ eadem, noctem ægra dormivit, parum pervigil fuit, cum nulla ægre tolerabili molestia. Tertio die urinas coloratas magis reddidit, parum subsidentes, sub idem tempus subinde rigor prehendit, febris acuta, sudor per noctem toto corpore dimanavit. Sub vesperum autem diei color in regni morbi modum versus est, noctu ægra dormivit, et sudor toto corpore effluxit. Quarto die sanguis ex nare sinistra probe effluxit, et menstrua pauca suo ordine comparuerunt. Rursus autem eodem tempore febricula ingravescebat, urinæ paucæ, densata quædam innatantia habentes. Alvus vero, cum natura dura esset, multo tamen magis substitit, nihilque, nisi subdita glande, demittebat, noctu dormivit. Quinto die tum febricula mitior visa est, tum sub vesperum sudor toto corpore effusus est, et menstrua profluxerunt, noctuque ægra dormivit. Sexto die urinam confertam, multam, densata quædam innatantia, et paucam subsidentiam concolorem haben-

150. (*La femme d'Abdère au cancer du sein.*) A Abdère, une femme avait un cancer au sein, qui lui faisait rendre de la sanie par le mamelon. Elle mourut dès que l'écoulement s'arrêta.

151. (*L'enfant de Dinie.*) L'enfant de Dinie, ayant été un peu blessé au nombril, il s'y fit une fistule d'où il sortait ensuite beaucoup de vers. Il disait y ressentir du feu, lorsqu'il en sortait aussi des matières bilieuses. L'intestin était engagé dans la fistule, et dévoré comme le reste. Une toux continuelle empêchait les parties de rester en repos.

152. (*Le fils de Python.*) A Pela, le fils de Python fut pris subitement d'une grosse fièvre, avec une fonte d'humeurs qui l'empêchait de parler : il dormait cependant ; son ventre était constamment dur. On mit un suppositoire avec le fiel, qui le vida beaucoup, et le ventre s'affaissa. Bientôt après il se releva avec un rehaussement de fièvre ; la fluxion allait toujours son train : on lui donna un remède avec le chardon-bénit, le concombre sauvage et le suc de pavot. Il rendit beaucoup de matières bilieuses ; le météorisme se dissipa ; la fièvre se calma ; tous les symptômes diminuèrent ; il fut jugé le quatorzième jour.

153. (*Eudème.*) Eudème souffrait de la rate ; les médecins lui conseillèrent de beaucoup manger, de boire d'un vin léger en petite quantité, de se promener souvent. Il n'était pas mieux : il fut saigné ; il mangea peu ; il fut sobremment d'un vin rouge léger ; il fit des promenades après le repas : il guérit.

154. (*Philistide, femme d'Héraclide.*) Philistide, femme d'Héraclide, commença par avoir une fièvre aiguë ; son visage était rouge, sans autre cause manifeste. Peu de temps après, elle eut un frisson auquel il ne succéda pas de chaud. Elle eut des convulsions aux doigts des pieds et des mains ; le chaud vint ensuite : elle rendait des urines épaisses, avec des nuages éparpillés. Elle dormit la nuit, s'éveillant rarement, et ne souffrant point. Le troisième jour, les urines étaient de plus belle couleur, avec peu de sédiment. Le froid vint à la même heure, suivi d'une fièvre violente. Il y eut des sueurs pendant toute la nuit ; le soir du même jour, la peau prenait la couleur de quelqu'un qui aurait un ictere. Le quatrième jour, il survint une grande hémorrhagie par la narine gauche, et les règles parurent en leur temps. Le redoublement de la fièvre vint à la même heure, mais il fut un peu moins fort. Les urines étaient épaisses et en petite quantité : le ventre était naturellement serré ; il l'était devenu beaucoup plus.

tem reddidit. Circa meridiem autem paulum insuper riguit, aliquantum incaluit, sudor toto corpore dimanavit, noctu ægra dormivit. Septimo die parum recaluit, facile tulit, toto corpore sudavit, urinæ probe coloratæ erant, cuncta iudicatione sunt absoluta.

In oppugnatione circa Datum Tychon catapultæ in pectus vulnus accepit, parvoque post intervallo risus cum perturbatione ei aderat. Videbatur autem medicus, cum lignum eximeret, ferrum circa septum transversum reliquisset. Cumque sub vesperam ei dolor commotus esset, infusum per clysterem, et medicamentum, alvum dejiciens, exhibuit. Primam noctem æger implacide transiegit. Sub diluculum vero, et medico, et reliquis melius habere visus est, placidus quippe erat. Prædictum est, accedente convulsione celeriter periturum. Postera nocte implacidus, pervigil, in ventrem plerumque decumbens, tertio die mane convulsione tentabatur, sub meridiem mortuus est.

Eunuchus ex venatu, et discursatione, in aquam inter cutem delabatur. Qui ad Elealcis fontem habitabat, ad sex annos hippurin habuit, et inguinum tumorem, varicem, et diuturnas defluxiones, in coxendicem, aut articulos.

Quidam, ad lateris inanitatem tabefactus, septimo die mortuus est. In his, qui pus prius crudum exspuunt, salsa cum melle exhibenda sunt.

Impudens scortatio difficultati intestinorum medetur.

Leonidæ filiæ natura, ad impetum incitata, sese avertit, atque ubi aversa est, sanguinem ex naribus effudit, quo effuso permutata est, quod non vidit medicus, puella mortua est.

Philotimi filius, ubi ad pubertatem pervenit, ad me venit. In quo, ubi calvariæ os arte medica destitutum invenissem, occulta animi sensa ad curationem non satis constare videbam.

On n'obtint d'évacuation qu'avec un suppositoire. Le cinquième jour, la fièvre fut moindre, avec des sueurs dans tout le corps vers le soir; les mois coulaient. La malade dormit. Le sixième jour, les urines furent abondantes, toujours épaisses, avec un peu de sédiment de couleur cendrée, comme les urines. Il y eut, vers midi, un petit froid suivi de chaud, avec des sueurs dans tout le corps: elle dormit dans la nuit. Le septième jour, autre petit chaud, qui fut peu fâcheux. Il vit ensuite une sueur générale dans tout le corps: les urines prirent une belle couleur; tout fut jugé.

135. (*Voyez le livre v des Épidémies, n° 97.*) Tychon fut blessé à la poitrine au siège de Date. Bientôt après il eut un rire alarmant. Je pensai que le médecin, en enlevant le bois du trait, avait laissé du fer près du diaphragme. Comme le malade se plaignait le soir, il lui donna un lavement purgatif. La nuit fut fort agitée. Le médecin et les autres trouvaient le lendemain matin qu'il était mieux, parce qu'il restait tranquille. J'annonçai qu'il tomberait bientôt dans des convulsions, et qu'il mourrait. La nuit suivante fut sans sommeil: il la passa dans des agitations, se tenant presque toujours couché sur le ventre. Le matin du troisième jour, il tomba dans des convulsions. Il mourut vers midi.

136. (*L'eunuque hydropique.*) Un eunuque tomba dans l'hydropisie, à force de chasser et de courir. Il était logé près de la fontaine d'Eléacle, sujet depuis six ans à des douleurs aux parties et aux aines, et à des fluxions sur les cuisses.

137. (*L'anonyme phthisique d'une suppuration au flanc.*) Un malade eut une suppuration au flanc, qui le rendit phthisique, et dont il mourut.

138. (*Aphorisme.*) Lorsque les crachats ne sont pas mûrs, on donne utilement le miel avec le sel.

139. L'abus du coït peut arrêter une dysenterie.

(*Ce livre est terminé par deux observations courtes, peu importantes, et inintelligibles dans le texte, en l'état où il nous est parvenu.*)

HIPPOCRATIS DE PURGATORIIS REMEDIIS LIBER.

PRÆFATIO.

Hic libellus in prioribus Hippocratis editionibus A. Foesii desideratur, recentissimæ tantum cum J. Heurnii versione, ejusque commentario, appendicis loco adjectus est. Erotianus ejus haud meminit. Liber ille *φαρμακικὸς*, qui in libris de morbis aliquoties citatur, non est, cum de alvi purgatione secundum quatuor humores instituenda tantum agat. Initium libri interiti Foesio esse videtur (1).

ARGUMENTUM LIBRI.

Aliqua ex aphorismis desumpta; theoria electiva purgationis secundum quatuor humorum differentiam defenditur.

Pharmacorum purgantium actiones, non quemadmodum vulgo existimatur, ita se habent. Ab eodem enim pharmaco quidam nunc purgantur, modo non purgantur, quandoque vero id alia excludit, quam quæ efferre solebat, interdum minimum purgat, nonnunquam, qualia oportet, facit.

Quare non decet, ut quis pharmacis confusus, temere ea exhibeat. Quin et cibos, quorum nutritu fruimur, pharmaca esse, putandum est, non æque tamen ac ante dicta. Homines enim, qui commode horum usum ineunt, salubriter degunt, qui vero susque deque, agritudinibus implicantur.

Qui vero pastum liberiori manu ineunt, hi purgantur quidem veluti a meris pharmacis, verum parcius et cunctantius. Quare elucet, et alimenta esse pharmaca purgantia. Verum hæc tardiora sunt, nobisque familiaria, utpote quæ quotidie corpus ingrediuntur, si tamen temere exhibeantur, homines turbant, ac morbos accersunt. Quare (ut breviter transigam), qui sine delectu et temere cibos dederit, acidos acresve impermixtos nihil commodi adferet.

Itaque ante omnia biliosa oportet propinare cholagogum pharmacum, pituitosis phlegmagogum, hydropicis hydragogum, melancholicis melanogogum. Si

vero alia, quam hæc purgaveris, quæ quidem excludi debent, non purgabis, quæ vero minime convenit, evacuabis. Quare bis peccabis. Præscripturus itaque pharmacum, quod vel sursum, vel deorsum purgat, primum rogandum, num alias pharmacum purgans hauserit, et num alvus ex purgatoriis deorsum facile se solvat, ac cito obediat, vel num dura. Quod si facilem esse alvum, lubricamque dixerit, mollioribus paucioribusque pharmacis opus erit.

Sin alvus dura, solutuque contumax fuerit, potentiora pharmaca postulat. Eadem cautio in sursum purgantibus est observanda. At si nunquam pharmacorum sursum ducentium, aut alvum subducentium, usum se iniisse affirmet, tum demum exquirendum, num, dum sanus esset, officii memor fuerit, alvus pro conditione rerum assumptarum, et num a rebus, quæ in vomitum faciles sunt, ventriculus facile se in vomitum laxaret, et an a pleniore cibo se in fluxum effundere alvus soleat.

Cuncta hæc interrogare oportet, quo tuto ei consulere possis; fœda est enim calamitas, a pharmaco purgatorio hominem interiisse. Qui validis febribus impliciti jacent, his non ante febris remissionem pharmaca dare oportet; sin minus, cunctandum, saltem, ne citra decimum quartum diem.

Carnes enim ipsorum et ventres cum incendio flagrent, pharmaca retrahunt, nihilque purgantur. Tunc magis incandescit febris, coloremque auriginosum ducunt. Agitata perturbataque bile, et non educta, neque sorbere potest, neque bibere, sed æger aversatur omnia, et plerumque moritur. Cæterum, si pharmacum superarit, ante meridiem nulla fiet purgatio, a meridie vero ex hypercatharsi perit.

Quod si hunc diem superaverit, unaque cum purgatione mitescat febris, convalescit. Quare per validas febres de pharmacis purgantibus vereri oportet. Sed tamen, ubi res alvi subductionem postulat, enematum usus, quoties cumque visum fuerit, tuto initur magis. Eadem hac ratione, æstate a canis ortu, quinquaginta dierum spatio pharmacia cavendum, sed clysmatibus potius indulgendum, ubi opus est, alioqui idem delictum imminet.

(1) In præf. ad hunc libr. in edit. oper. Hipp. Genev.

HIPPOCRATIS DE HOMINIS STRUCTURA LIBER, (AD PERDICCAM REGEM).

PRÆFATIO.

Summe alienus ab Hippocrate liber hic, latine solummodo exstans, aperte post Erasistratum scriptus est, cujus dogmata continet. Nomina mensium romana ab interprete esse, Welschius putat (1).

ARGUMENTUM LIBRI.

Quatuor humores principes; cerebri functiones et affectiones; de capitis futuris, capillorum differentis et voce; de digestionem; de sensibus; de partibus constitutivis hominis; de vertebra et dentibus; mensurae stomachi et intestinorum; nomina digitorum; de quatuor anni temporibus; præscriptiones ad cujusque vitæ rationem.

Mundus quatuor ex elementis consistit, igne, aere, terra, et aqua, calido videlicet, humido, frigido, et sicco. Iisdem ex elementis quatuor totidemque humoribus et homo consistit, sanguine scilicet, pituita, flava, et atra bili. Et sanguis quidem aeri, pituita aquæ, flava autem bilis igni, atra vero terræ similatur. Sanguis enim gustu dulcis est, pituita salsa, flava bilis amara, atra vero, acetosa, et flavescens.

Sanguinis autem locus, et spiritus in corde est; a dextris quidem ejus sanguis, a sinistris vero spiritus consistit. Flavæ bilis in jecinore, atræ in liene, pituitæ quidem in cerebro locus. Sanguis autem calidus, et humidus, pituita frigida et humida, flava bilis calida et sicca, atra vero sicca et frigida.

Arteriæ quidem a corde purum san-

guinem, et spiritum recipiunt. Venæ autem et ipsæ a corde sanguinem sumunt, per quas corpori distribuitur. Sed jecur cordi sanguinem non præter veram fidem affatim suppeditat. Nam ignis absque materia permanere nequiquam potest.

Quo fit, ut nonnulli hominum semper quasi rideant, quidam vero tristentur; hujus rei ex elementis causam esse dicimus. Qui enim puri sanguinis non inertes sunt, hi usquequaque rident, et ad aspectu ac corpore floridi, necnon perspicui coloris existunt. Qui vero flavæ bilis participes sunt, desides, pusillanimes, pavidum, imbecillesque esse solent. Pituitosi vero inertes, et frigidi sunt.

Reminisci autem, et esse prudentia præditum, ex cerebro inter calidum, frigidumque admodum temperato provenit. Oblivio vero ex cerebri frigiditate procedit. Passio autem, quæ phrenesis nuncupatur, ex perurentibus febribus fit. Vaporibus enim, ex visceribus per dorsum ad cerebrum emissis, ejus humidum arescit, et homo mente captus efficitur, et cerebrum oleo quocumque frigidae qualitatis per aures, vomitusque humectare oportet. Lethargus vero et ipse cerebri passio est; cum enim cerebrum frigidis humoribus repletum fuerit, hinc passio, quæ lethargus appellatur, hominem occupat: et calefacientibus cerebro opitulari expedit. Paralysis vero fit a frigido, crudoque humore, qui a cerebro demissus in oculum, sive in aliquam labiorum partem, vel in totam dimidiamve faciem descendit. Per nares cerebrum purgantia adhibere oportet, et extrinsecus isobrium contusum (herba est, quæ et maros, et origanus dicitur), ignis suffitu seu cauteriis per aures applices.

Quæcumque autem passiones in capite fiunt, ex stomacho oriuntur, exempli causa: vomicae, strumæ, dentium dolores, tonsillæ, angina, suffocationes, anhelitus difficultas, et reliqua.

(1) In curat. med. p. 269.

Caput autem suturas habet tres, invenitur et solidum absque suturis caput, et hoc quidem humidum est. Crispos vero capillos habere, calidioris capitis signum est. At recti crines ex supervacuò, qui in capite est, humore fiunt. Flavedo capillorum ex flava bile, calvities vero ex caliditate provenit.

Articulata vocis species tres habentur, gravis, acuta, et media; hæc a spiritu procedunt.

Jecur autem ipsum alimentum triplici digestionem in succum redigit. Ex prima digestionem cor alimenti qualitatem, saporem videlicet, suscipit, et puri sanguinis procreatio fit. Secundam digestionem jecur desumit, et corporis partibus alimentum largitur, unde flavæ bilis constitutio fit. Lien vero ex sanguinis fece alitur, unde et melancholicum humorem constituit certum est. Cerebrum autem a stomacho humectatur, et pituita exuberantiam peragit. Tertia digestionem alimentum superne in stomacho in succum vertitur, et tunc reseratur janitor, qui ventriculus nuncupatur, quoniam transitus tantum facultatem subministrat. Inde alimentum in inferiore ventrem demittitur. Alvus vero a pituita ciborum acerbis gratia oblectamentum sentit. Humidum autem excrementum per renes, ac sejunctos ipsius excrementi meatus in vesicam, id est, in phuscam descendit; in vesicam enim aqua ingreditur.

Sensus in homine quinque habentur: visus, olfactus, auditus, gustus, et tactus. Nam visus ex æthere, olfactus ex aere, auditus ex igne, gustus ex humido, tactus vero ex terra fit.

Homo autem ex quatuordecim quibusdam consistit: nervis, venis, arteriis, sanguine, spiritu, carne, adipe, cartilagine, unguibus, ossibus, medullis, capillis, membranis, humoribus. Horum autem excretionem, maribus quidem sicco et humido excremento, vomitibus, oculis, naribus, sputis, sudoribus, veneris, incertis meatibus, capillis et unguibus fiunt. Feminis vero ad hæc duo adduntur, purgationes, lactis videlicet, et menstruorum. Lac autem et eodem modo genitale semen hominis, ex sanguine gignuntur, et hoc certum est; si enim homo genitali plus nimio utetur, sanguinem pro semine emittet. Similiter autem et feminæ, si plus nimio lactare cogentur, sanguis elicitor.

Spina autem hominis habet vertebrae XXIV, costas totidem. Dentem cum maxillaribus duo supra XXX sunt, an-

teriores autem dividentes, qui et secantes appellantur.

Stomachus palmos habet quinque, intestina cubitos tredecim.

Nomina digitorum: pollex, index, medius, annularis, auricularis. Ungues frigidis siccique temperamenti sunt.

Anni vero tempora quatuor habentur: ver, æstas, autumnus, et hyems. Ver calidum et humidum est; ideo sanguinis in corpore incrementum fit. Æstas calida et sicca; ideo flavam auget bilem. Autumnus siccus et frigidus; ideo atram bilem, et saniem auget, sanies quidem sanguinea et aquosa est. Hyems vero pituitam in corpore adauget. Nam quatuor hominis elementa, id est, humores, ad tempora quatuor dividuntur. Ideo solarem conversionem speculari, et affecti temperamentum, et ad hæc curationibus uti opus est. Si enim verno tempore juvenis adversa premetur valetudine, sanguinis exuberantiæ causa patitur, quem per venæ sectionem emittere opus est. Et si pleuresi unius diei spatio, vel duorum, seu trium laboraverit, venæ sectione affecto opitulandum, priusquam ipsum opprimat passio, et affecti vires deficiant. Homini vero venæ sectio perutilis est, et tempus quidem, quo ipsa utendum, a februario incipit, et rursus a septembri principium sumendo, ad septimam ejusdem perdurat. Æstate aliquo ægrotante, ad passionis purgamina adhibenda.

Si considerantes (o rex) et aliorum curam agentes, quid ad vitæ rationem corporibus præstet, et quod congrue alimenta suggerat, ac debito apponantur ordini, non satis pro diligentia nostra, et qui humana adgrediuntur corpora, morbos deprehenderimus, nunc accuratius perspicentes, summamque describentes, medicinalem spheram ad te mittimus, per quam ægritudines, quæ humana corpora occupare solent, pernoscere, et ad præsentem horam, ac decurrentis anni tempora, hujusmodi calamitatibus opitulari queas. Si autem hæc accuratius egeris, diu citra omnem adversam valetudinem per omne tempus vita frueris. Et si hæc, quæ potissimum optimæ valetudini tuæ vim præbeant, quæque hominum generi conducant, peregeris, ita omnibus te incolumem vitam deprehendes elegeris. Et quamvis ardua admodum spheræ ratio habeatur, eam tamen perscriptam tibi præbemus.

A vergiliarum occasu, ad hyemale solstitium, dies XLIX, hoc est a XII.

novembris, ad decembris finem sunt. Hi quidem dies pituitam augment, balneis autem jejunos, sudores excitando, detergendoque, et venereis ac laboribus uteris.

Ab hyemali solstitio, ad vernale æquinoctium, dies LXXXIV, a prima videlicet januarii, ad quintum supra XX martii. Hi dies humiditatum, et sanguinis exuberantiam peragunt; deambulationibus, et siccis, quæ ad victum pertinent, deliciisque ac venereis, beneque alentibus utendum.

A vernali æquinoctio, ad vergiliarum ortum, dies XLIX, a XXV martii ad XIII maii. Hi dies sanguinem augment; redolenti vino, et venereis, ac laboribus uteris.

A vergiliarum autem exortu ad æstivum solstitium, dies XLII, a tertia decima maii, ad XXIIV junii, hi enim dies

flavæ bilis augendæ facultatem obtinent; dulcibus et aquosis utendum, ducendæ alvi cura agenda, et a venereis, ac laboribus abstinendum est.

Ab æstivo vero solstitio, ad æquinoctium autumnale, dies XCIII, a XXIV junii, ad XXV septembris. Hi dies atram bilem augment; frigidis et aquosis, redolenti vino, ac salitis opus est, a venereis vero abstinendum censemus.

Ab autumnali æquinoctio, ad vergiliarum occasum, dies XLIX, a XXV septembris ad XII novembris, hi enim dies saniem augment, acetosis, acerbisque, et venereis, ac laboribus uti expediet.

Si ad hæc observanda curam, o rex, impenderis, citra omnem tristitiam, doloremque in reliquum vita fruieris. Hac se divisione sic habente, annus in dies quinque ac sexaginta supra trecentos colligitur.



EPISTOLÆ.

PRÆFATIO.

Quamvis perantiquæ esse videantur epistolæ, in hac collectione comprehensæ, cum ad eam Cato alludat, qua Hippocrates Artaxerxæ regi auxilium suum negat (1), multa tamen faciunt, ne eæ pro genuinis recipi possint. Nusquam a Galeno citantur, et permultæ sunt suppositionis notæ. Abderitas decem talentis Hippocratem remunerasse, supra vires est ejus civitatis; somnium indignum videtur gravitate hippocratica; Cratevas manifesto non est ejusdem ævi, sed Mithridatis tempore vixit; pestem ab Hippocrate sanata fuisse, cum Thucydidis narratione vix concilies (2).

Unanimiter igitur ab omnibus de genuinitate librorum hippocraticorum eruenda sollicitis scriptoribus rejiciuntur, neque Cigalinus, neque Scaliger, neque olim aliqui Riolano dicti, iis genuinitatem adjudicant (3).

Hallero probabile videtur (4), has epistolæ a sophista aliquo circa ea tempora fictas esse, quibus Ptolomæus Philadelphus maximis impensis libros colligebat.

ARGUMENTUM LIBRI.

Ep. I — IX. Peste in persico imperio sæviante, Artaxerxes longimanus, rex Persarum, magnis conditionibus oblati, Hippocratem advocat, ut suis subditis mederetur. Negat Hippocrates, se barbaris opem laturum. Rex a Cois poscit, ut obstinatum medicum sibi reddant; hi negant. — Ep. X — XIX. Abderitæ Hippocratem exorant, ut Democriti insaniam curare vellet.

Hippocratis responsio, qua negat, se aurum oblatum accepturum. Ejusdem epistolæ ad Philopœmenem, Abderitam, ut ipsi hospitium præparet; ad Dionysium, cui curam uxoris commendat; ad Damagetum, ut ipsi navem mittat; altera epistola ad Philopœmenem, qua narrat, se ab Æsculapio per somnium jussum esse, Abderas petere; ejusdem epistola ad Cratevam, herbarium, qua herbas petit; altera ad Damagetum, qua narrat, ut Democritum sapientem, et in utilissimis laboribus occupatum repererit; inde epistolæ mutæ Democriti et Hippocratis, quibus annexi sunt: Hippocratis tractatus, de insania, et de veratri usu. — Ep. XX. Hippocratis ad Thessalum, qua filium ad studium geometriæ et arithmetices adhortatur. — Ep. XXI. Democriti ad Hippocratem, rhetoricam descriptionem partium corporis humani continens. — Ep. XXII. Hippocratis consilium dieteticum ad regem Demetrium.

Accedunt: 1^o Atheniensium senatusconsultum, quo Hippocrati honores, Cois varia privilegia decernunt; 2^o Hippocratis oratio ad aram ad Thessalos, in qua de Atheniensibus queritur, patriam suam vastantibus; 3^o Thessali oratio, in qua filius Hippocratis paternæ beneficia laudat, aversamque pestilentiam, et discipulos, filiosque, per universam Græciam a patre missos, qui curam ægrorum gerent, denique avorum in Græcos merita recenset, petitque, ut Athenienses bello, Cois indicto, abstineant.

EPISTOLA I.

MAGNUS ARTAXERXES, REX REGUM, PÆTO, S.

Morbus pestilens dictus nostris exercitibus se applicuit, nobisque crebro multa molientibus nihil dum remisit.

(1) Halleri bibl. med. pr. T. 1. p. 85.

(2) Halleri art. med. princ. T. 4. p. 268.

(3) Halleri bibl. med. pr. T. 1. p. 84.

(4) L. c. p. 85.

Quare prorsus te pro meis in te collatis beneficiis, oro, ut quamprimum aliquod ex ingenio tuo excogitatum præsidium, aut aliquod ex arte remedium, aut alicujus, qui mederi queat, consilium ad nos mittas. Propulsa, oro, hanc affectionem. Publice enim nostras copias magna invasit anxietas, easque multum, et sæpe, suo afflatu inficit. Non oppugnantes oppugnamur, cum hostem habeamus feram istam, gregem nostrum devastantem, quæ multos, acerbis jaculis immissis, sauciavit, et immedicabiles reddidit. Angor animo, neque habeo, quid jam consilii cum familiaribus capiam. Solve omnia, neque nos tuo optimo consilio destitue. Vale.

EPISTOLA II.

PÆTUS REGI REGUM, MAGNO ARTAXERXI.

Quæ a natura præsidia petuntur, morbum pestilentem populariter grassantem non solvunt. Morbos autem, ex natura ortos, natura ipsa per judicationem curat. Qui vero populariter grassantur, eos ars, ex artificio corporum mutationem discernens, curat.

At Hippocrates medicus hunc morbum sanat, a Doriensibus oriundus, et civitate Co, patre vero Heraclide, Hippocratis filio, ex Gnosidico, Nembro, Sostrate, Theodoro, Cleomittada, Crisamida. Hic divina natura præditus, ex parvis, ac vulgaribus initiis in magnam artem medicinam provexit. Ortu igitur divinus est Hippocrates, nonus quidem a Crisani-
de rege, ab Æsculapio vero decimus octavus, a Jove vigesimus, matre vero Praxithea, Phænaretis filia, ex Heraclidarum familia. Quare ex utroque semine a diis oriundus divinus Hippocrates, ex patre quidem Asclepiadarum familiam attingens, ex matre vero Heraclidarum.

Artem vero tum ex parte Heraclide, tum ex avo Hippocrate didicit. Verum ab his quidem, ut par est, primum artis mysteriis initiatus, quæ eos tenuisse credibile est, ipse deinde divino ingenio præditus universam artem didicit, tanto ingenii dexteritate majores suos superans, quanto etiam iis artis excellentia præstitit. Expellit autem non ferarum quidem, sed ferorum, et agrestium morborum genus, et per magnos terræ et maris tractus Æsculapii auxilia, non secus ac Triptolemus Cereris semina, dispergit. Quamobrem justissimis de causis in multis terrarum locis etiam ipse divinis ho-

noribus affectus est, et ab Atheniensibus iisdem, quibus Hercules, et Æsculapius, muneribus cohonestatus est. Hunc accersiri jube, aurique et argenti, quantum volet, dato. Hic enim non unum hujus mali sanandi modum tenet. Hic est sanitatis pater, ac conservator, hic dolores curat, et, ut breviter dicam, hic divinæ scientiæ princeps est. Vale.

EPISTOLA III.

REX REGUM, MAGNUS ARTAXERXES, HYSTANI, HELLES-PONTI PRÆFACTO.

Hippocratis medici coi, ab Æsculapio oriundi, artis etiam gloria ad me pervenit. Auri igitur, quantum volet, reliquaque, quibus indiget, effuse ei exhibeto, et ad nos eum mittito. Cum Persarum enim optimatibus eodem erit honore. Et si quis alius in Europa prudentia excellit, eum in familiam regiam, nihil divitiis parcens, asciscito. Neque enim viros, qui consilio valeant, invenire, est facile. Vale.

EPISTOLA IV.

HYSTANES, HELLES-PONTI PRÆFECTUS, HIPPOCRATI EX ASCLEPIADARUM FAMILIA ORIUNDO, S.

Rex magnus Artaxerxes tua præsentia opus habet, et ad nos præfectos misit, imperans, ut tibi argentum, et aurum, cæteraque, quibus opus habes, et quæcunque voles, abunde exhibeamus, teque ad se brevi mittamus. Te enim Persarum optimatibus honore æqualem fore. Tu igitur facito, ut quamprimum advenias. Vale.

EPISTOLA V.

HIPPOCRATĒS MEDICUS HYSTANI, HELLES-PONTI PRÆFACTO, S.

Ad epistolam, quam misisti, et a rege venisse asseris, regi, quæ respondeo, quam celerrime rescribe: nos victu, vestitu, domo, omnique re, ad vitam necessaria, cumulate frui. Persarum autem opibus uti, neque mihi æquum est, neque barbaros morbis liberare, cum sint Græcorum hostes. Vale.

EPISTOLA VI.

HIPPOCRATES DEMETRIO, S.

Rex Persarum nos ad se vocavit, necius, mihi potiorum esse sapientiæ, quam auri rationem. Vale.

EPISTOLA VII.

REGI REGUM, MAGNO MEO DOMINO ARTAXERXI,
HYSTANES, HELLESFONTI PRÆFECTUS, S.

Quam ad me misisti, epistolam, jubens, ut ad Hippocratem eum, et ex Asclepiadarum familia oriundum, mitterem, misi, et ab eo responsum accepi, quod scriptis traditum, ut ad domum tuam mitterem, jussit. Gymnasben igitur, Dieutyehen, qui hoc perferat, ad te misi. Vale.

EPISTOLA VIII.

REX REGUM, MAGNUS ARTAXERXES, HÆC COIS
DENUNTIAT.

Hippocratem medicum maligno erga nos animo, et in me et Persas proterve injuriam, nunciis meis reddite. Alioqui noscetis, vos etiam primæ culpæ pœnas persoluturos. Vestram enim urbem, ferro et igni devastatam, et insulam demolitam, pelagus efficiam, ut ne in posterum dignoscatur, an eo loco insula, aut urbs Cos fuerit.

EPISTOLA IX.

COORUM RESPONSUM.

Artaxerxes nunciis populo respondere visum est, Coos nihil, Merope, neque Hercule, neque Æsculapio indignum facturos, ideoque cives omnes Hippocratem minime reddituros, etiamsi pessimam mortem oppetere debeant. Dario enim, et Xerxi, per litteras terram et aquam a majoribus nostris petentibus, populus recusavit, cum eos videret, si se hostiliter persequerentur, æque ac alios homines mortales esse. Atque etiam nunc idem respondet, ut a Cois recedatis, cum Hippocratem vobis non sint tradituri. Hoc igitur illi nuncium perferte, quod et dii ipsi nostri sunt curam habituri.

EPISTOLA X.

SENATUS POPULUSQUE ABDERITANUS
HIPPOCRATI, S.

In rem urbis nostræ nunc maxime periclitatur vir ille, o Hippocrates, qui etiam nunc et olim, huic semper ornamento fore, sperabatur. Ac verendum est, ne nunc (o dii omnes), invidia laboremus, cum hic ob multam sapientiam,

quam consecutus est, adeo ægrotet, ut non mediocriter verendum sit, ne, si Democritus mente captus fuerit, urbs nostra Abderitana penitus pro deserta habeatur.

Omnium enim, inprimisque sui, oblitus, vigilans noctu, et interdium, singulaque, parva et magna, deridens, ac pro nihilo reputans, totam vitam traducit. Ducit aliquis uxorem, hic mercaturam exercet, hic concionem habet, alius magistratum gerit, legationem obit, populi suffragio magistratus declaratur, abrogatur, ægrotat, vulneratur, moritur; hic autem ridet omnia, cum hos quidem demisso, et tetrico vultu, illos vero hilares videat. Quin et ea inquit, quæ apud inferos fiunt, et de his scribit, et imaginum plenum aerem esse, dicit, sequæ avium voces intelligere, et sæpe de nocte surgens, solus placide canere videtur, seseque quandoque in infinitionem peregrinari dicit, et innumerabiles sui similes esse Democrito, unaque cum mente corpore perditus vivit.

Hæc metuimus, o Hippocrates, his de rebus perturbati sumus. Verum tuo consilio patriam nostram servaturus, cito advenito, neque nos despexeris. Neque enim despiciendi sumus, et nos testimonii auctoritate valemus, et de eo servato neque gloria tua, neque pecuniis, neque eruditionis fama frustraberis. Et quantum plus apud te valeat doctrinæ, quam fortunæ ratio, hæc tamen tibi a nobis, et copiosa, et læta offerentur. Etenim pro Democriti salute, non si urbs aurea sit, voluntati nostræ respondeat, neque si quidquam ei desit. Leges nostras, Hippocrates, ægrotare, et delirare existimamus. Adsis, vir optime, virum eximium curaturus. Venies, non tanquam medicus, sed velut totius Ionæ fundator, nos sacriore muro circumdabis. Urbem, non virum curabis, senatum ægrotantem, et ne claudatur, periclitantem aperies, ipse legum conditor, iudex, magistratus, servator, et horum artificum advenies. Hanc in rem te expectamus, Hippocrates, hæc nobis eris, ubi veneris. Civitatum una non obscura, imo potius tota Græcia te orat, ut sapientiæ corpus conserves. Ipsam vero doctrinam apud te legationem obire, putato, ut se hac calamitate liberes, rogantem.

Sapientia certe, ut nobis videtur, omnibus cognata est, et nobis, qui ad eam propius accessimus, multo magis. Certo scito, te a futuro seculo magnam initurum gratiam, si Democritum veritate,

qua, cum omnibus præstare posse, sperat, non destitueris. Tu enim Æsculapio, genere et arte, conjunctus es, hic vero Herculis ex fratre nepos, ex quo Abderus, ut profecto aliquando audisti, cujus nominis civitas habet. Quare illi etiam gratia futura est Democriti curatio. Cum igitur videas. Hippocrates, populum, et virum egregium, ad sensuum stupiditatem delabi, ad nos ut festines, rogamus. Mirum, quod etiam exsuperantia bona morbi existunt. Democritus enim, quantum sapientiæ acumine valuit, in tantum nunc periclitatur, ne mentis stupore, et dementia, male afficiatur. At reliquum abderitanum vulgus, ineruditum, sensu quidem communi fruitur. Quin etiam, qui antea imprudentes habebantur, ad sapientis morbum discernendum nunc quidem perspicaciores sunt. Adesto igitur, cum Æsculapio patre, cum Herculis filia Epione, cum filiis, qui ad Ilium in expeditionem profecti sunt. Adesto nunc, præonia tecum morbi remedia afferens. Terra uberibus fructibus, radicibus, herbis, et floribus ad depellendam insaniam ferax est, neque fere unquam secundius producent, neque terra, neque montium juga, quam quæ nunc ad Democriti salutem. Vale.

EPISTOLA XI.

HIPPOCRATES SENATUI POPULOQUE
ABDERITARUM, S.

Civis vester Amelesagoras eo die Coappulit, in quem forte inciderat virgæ assumptio, anniversaria, ut scitis, nobis festivitas, et publicus conventus, pompaque ad cupressum celebris, quam pro more deducunt, qui deo dicati sunt. Cum autem et ex verbis, et ex aspectu ipso, festinare videretur Amelesagoras, credens, re vera, urgere negotium, epistolam vestram legi, et miratus sum, quod de unius hominis salute, non secus ac si unus esset in civitate, conturbati estis.

Et certe beati sunt populi, qui, viros bonos sua esse propugnacula, intelligunt, non tures, non mœnia, sed prudentium virorum prudentia consilia. At vero artes deorum esse munera, cum mihi persuadeam, viros autem naturæ opera, ne indignemini, viri abderitæ, si naturam, non vos, me vocare, existimem, ad opus suum conservandum, quod periclitatur, ne morbo corruiat. Quare naturæ, et diis, potius, quam vobis, auscultans, festino, Democritum ægrotantem sana-

turus, si sane hic morbus est, ac non potius (quod exopto), errore hallucinamini. Ac certe majus fuerit benevolentia vestrae testimonium, si vos ad hanc suspicionem conturbati fueritis.

Mihi vero ad vos venienti, non natura, neque Deus argentum promiserit. Ac neque vos (viri abderitæ), per vim obtrudite, sed liberæ artis libera esse, sinite, opera. Qui autem mercede operam suam locant, hi scientias, tanquam ex priore libertate mancipio dantes, servire cogunt. Deinde probabile est, eos mentiri posse, velut in magno morbo, et negare, ut in parvo, aut, ubi promiserint, non venire, rursusque non vocatos venire.

Miserabilis sane est humana vita, quod ad eam totam intolerabilis argenti cupiditas, velut hibernus flatus pervaserit, ad quem morbum insaniam graviorem curandum, utinam medici omnes potius concurrerent, quæ tamen beata censetur, cum morbus sit, et male affligat. Equidem omnes animi morbos vehementes insaniam reputo, cum opiniones quasdam, et visa rationi suscitant, ex quibus sanescit, qui per virtutem repurgatur.

Ego vero, si omnibus modis ditescere voluissem, viri Abderitæ, ne decem quidem talentorum gratia ad vos venire, sed ad magnum Persarum regem proficiscerer, ubi urbes totæ, opibus humanis refertissimæ, occurrissent, illorum autem pestilentem morbum curassem. Sed, regionem Græcia inimicam malo morbo liberare, recusavi. Et ego his quidem totis meis viribus barbaros navali prælio superavi. Regias autem opes ignominia mihi futuras, et opulentiam patriæ inimicam reportassem, quibus circumfluens urbium Græciæ destructor existirem. Divitiæ non sunt pecuniæ undecunque comparatæ. Magnæ enim sunt virtutis sacra, quæ a justitia non teguntur, sed in apertum se proferunt. An non reputatis, æquale peccatum esse, hostes servare, et amicos mercede curare? At non se habent res nostræ. Ex morbis quæstum non facio, neque ex animo, Democriti dementia audivi, qui, sive sanus sit, amicus est, sive ægrotet, curatus magis amicus futurus est. Eum autem gravibus, et firmis moribus esse præditum, intelligo, et urbi vestrae esse ornamento. Valet.

EPISTOLA XII.

HIPPOCRATES PHILOPOEMENI, S.

Legati, qui, cum urbis vestrae epistola,

etiam tuam mihi reddiderunt, quodque tuum hospitium, et reliqua vitæ comoda promitteres, valde lætatus sum. Auspicato autem veniemus, et, ut concijimus, meliore spe accedemus, cum velut ex litteris accepimus, non insaniam, sed eximium quoddam animi robur vir hic demonstret, qui neque liberorum, neque uxoris, neque cognatorum, neque rei familiaris, neque cujusquam omnino curam habeat, sed dies et noctes solus privatam vitam degat, in antris plerumque, et solitudinibus, aut in arborum umbraculis, aut in mollibus herbis, aut juxta crebra aquarum fluenta.

Hæc igitur plerumque melancholicis accidunt. Quandoque enim taciturni sunt, solitarii, desertorum amantes, familiarum spectum, tanquam alienum, fugiunt. Neque etiam absurdum est in his, qui ad disciplinas studiose contendunt, omnes alias curas ab uno sapientiæ affectu exculi. Non aliter enim, ac ministri, et ministræ, in domibus tumultuantes, ac concertantes, si quando repente eis hera adferit, attoniti conquiescant, similiter etiam reliquæ animi cupiditates malorum hominibus sunt administræ, at ubi sapientia in conspectum se dederit, tanquam mancipia, reliqui affectus discedunt.

Non omnes amantes speluncas, et quietem, expetunt, verum etiam, qui res humanas negligunt, ob tranquillitatis desiderium. Cum enim mens curis externis fracta, corpus recreare voluerit, tunc cito in quietem tradit, deinde erecta, et stans, circum sese veritatis locum circumspicit, in quo non pater, non mater, non uxor, non liberi, non frater, non cognati, non ministri, non fortuna, neque prorsus quidquam tumultum excitant, sed perturbantia omnia rejecta præ timore subsistunt, neque appropinquare audent, pro eorum reverentia, qui illic inhabitant.

Illum autem locum inhabitant artes, virtutum omne genus, dii, dæmones, consilia, et sententiæ. In illaque regione magnus polus, stellis plurimum se moventibus, tanquam corona cinctus est, in quam fortassis Democritus ob sapientiam commigravit. Deinde cum eos, qui in urbe sunt, non videat, ut qui procul a domo agat, ob solitudinis amorem insanire creditur. Cum vero Abderitæ Democritum non intelligant, de argento periculum facere, student. Tu vero, amice Philopœmen, hospitium nobis præparato. Neque enim perturbatæ urbi

molestus esse volo, cum te (ut nosti), veterem et proprium hospitem habeam. Vale.

EPISTOLA XIII.

HIPPOCRATES DIONYSIO, S.

Aut me Halicarnassi exspecta, aut me (o amice), anteverte. Necessario enim mihi, Democriti gratia, in Abderam abeundum, ad quem ægrotantem urbs me accessivit. At mirabilis, Dionysi, quædam est illorum hominum naturæ convenientia, et consensus, qui velut unus animus, una cum cive suo ægrotat, ut proinde mihi curatione indigere videatur.

Equidem non ipsum morbum esse, puto, sed nimis exsuperantem doctrinam, quæ re vera modum superare non potest, sed ita vulgo existimatur, cum neque modum exsuperans, virtus unquam sit noxia. Quod vero exsuperat, propter eorum, qui judicant, inscitiam, morbi opinionem præbet. Quisque zelum ex his, quæ non habet, quod in alio abundat, modum excedere opinatur. Ita sane timidus fortitudinem, et avarus animi magnitudinem, modum excedere sentit, omnisque defectus virtutis moderationem excessum esse, putat. Illum igitur, ubi viderimus, cum ea, quæ nobis inde suppetet, prænotione, ejusque sermonem audiverimus, melius cognoscemus.

Tu vero, Dionysi, accedere festina. Volo enim, te, quoad rediero, in patria nostra commorari, ut rerum nostrarum, in primisque urbis nostræ, curam habeas, quandoquidem nescio, quo casu salubris annus est, et pristina naturam retinet, quare neque multi morbi molesti erunt, verumtamen adesto.

Domum meam valde peropportunam inhabitabis, cum mea uxor propter meam protectionem apud parentes maneat, illius tamen vitam observa, quo pudice degat, et ne ob viri absentiam alios viros usurpet. Modesta ab initio fuit, et probos habuit parentes, patrem autem mirum in modum virilem, et vehementer malos odio prosequentem, ac egregie senem. Semper tamen eo, qui modeste coereat, mulier opus habet. Natura enim insitam intemperantiam habet, quæ, nisi quotidie reseceatur, velut arbores, supervacuis frondibus et inutili fruticatione luxuriat. At ego amicam parentibus diligentiorum in muliere custodienda existimo. Neque enim hic, velut illi, benevolentia affectu

cum ea conjunctus est, quo plerumque admonitioni tenebras offendunt. In omni autem re quod sine affectu prudentius est, quod nimirum benevolentia frangi non potest.

EPISTOLA XIV.

HIPPOCRATES DAMAGETO, S.

Cum apud te Rhodi essem, Damagete, navem illam vidi, cui solis inscriptio inerat, quæ mihi perpulchra, puppi probe, et idonea carina instructæ, multaque transtra habere, visa est. Tu vero eam commendabas, quod ad navigandum velox esset, tuta, ad regendum bene fabricata, facilemque navigationis cursum haberet. Eam ad nos mittito, sed, si fieri possit, non remis, sed alarum remigio instructam. Res enim et amicitia urgent, ut quam citissime in Abderam trajiciam. Ægrotantem enim urbem, propter unum Democritum, morbo affectum curare volo; si quando de hujus viri fama accepisti. Hunc patria dementia insimulat. At ego volo, immo vero exopto, illum re vera non delirare, sed eos ita opinari.

Ridet semper, inquit, neque in quovis negotio ridere cessat, hocque illis insanix signum videtur. Quare nostros, qui Rhodi sunt, amicos moneto, ut semper modum teneant, neque multum rideant, neque multum tetrici sint, sed inter hæc modum teneant, uti his quidem gratissimum esse videaris, illis vero commentationi deditus, de virtute anxie cogitans. Inest certe, Damagete, vitii aliquid, quod ad singula ridet; si enim immoderantia vitiosa est, quæ perpetua vitiosior. Eum autem sic alloquar: Democrite, si quis ægrotat, si quis interficitur, moritur, et obsidetur, et si quid mali incidit, et quidquid fit, materiam tibi risus præbet. An non bellum diis indicere videris, si, cum duo sint in mundo, gaudium et tristitia, alterum a te rejeceris? Beatus certe mihi videaris, verum id fieri nequit, si neque mater tibi ægrotet, neque pater, neque tandem liberi, aut uxor, aut amicus, sed ut propter tuum risum conserventur, omnia certe tibi prospere cedunt. Sed quod, cum ægrotant, rides, cum moriuntur, gaudes, si quod malum audieris, exhilararis, maxime improbus es, Democrite, longèque a sapientia aberras, si hæc vitia non exis'imas. Atra igitur bile vexaris, Democrite, et periclitaris, ne ipse Abderitanus habearis, prudentior autem

sit civitas. Verum de his quidem, Damagete, illic exactius disseremus. Navis autem etiam hoc tempore, quo ad te scribo, moratur. Vale.

EPISTOLA XV.

HIPPOCRATES PHILOPOEMENI, S.

Cum cogitabundus, et sollicitus de Democriti salute essem, illaque ipsa nocte dormirem, sub auroræ initium somnium mihi visum est, ex quo nihil admodum periculosi eventurum, existimo. Mirandum enim in modum excitatus sum. Ipsum enim Æsculapium coram præsentem mihi videre videbat, cum jam ad abderitanas portas pervenissemus. At Æsculapius non ea lenitate, ac facilitate, qua illius imagines conspici solent, videbatur, sed habitus erat commoto similis, et aspectus magis horrendus. Sequēbantur autem eum dracones, inter reptilia eximii, longoque tractu festinantes horrendum quiddam velut in solitudinibus, et cavis vallibus subsibilantes. Pone ibant comites, medicamentorum cistas, probe obturatas, habentes. Deinde mihi manum deus porrexit, qua lubenter arrepta, rogabam, mecum uti veniret, neque me in curatione desereret. Ille vero, nihil, inquit, mea opera in præsentia indiges, verum hæc communis tum immortalium, tum mortalium, dea, te nunc hospitem deducet.

At ego conversus, mulierem tum pulchram, tum magnam, aspicio, simplici capillorum ornatu, splendido cultu, cujus oculorum orbes claro lumine pellucebant, uti stellarum fulgores viderentur. Et deus quidem discessit, mulier vero illa, appressa manu, me levi quodam passu per urbem perhumaniter complexa, deduxit. Ubi vero ad domum venimus, ubi mihi hospitium paratum putabam, velut spectrum discessit, dicere visa, cras te apud Democritum offendam. Qua jam discedente, quæso, optima (inquam), quænam es, et quod tibi nomen est? Veritas, inquit. Quam vero accedem' em vides, Opinio est (inquit), confestimque altera quædam mihi visa est, neque mala hæc quidem, ferociore tamen, et fastuoso aspectu, et apud Abderitanos habitat. Experrectus igitur mihi ipsi somnium explicavi, quod, ex quo ipse deus, medendi auctor, discessisset, tanquam nullam curandi habeat materiam, Democritus medico non indigeat, sed veritas ipsa, quod sanus est, apud

Democritum manet, opinio vero, quod ægrotat, re vera apud Abderitanos habitat. Hæc vera esse, ut sunt, credo, Philopœmen, neque somnia rejicio, præsertim quæ ordinem conservant.

Medicina autem et divinatio magnam inter se cognationem habent, quandoquidem duarum artium pater est unus, Apollo, progenitor noster, qui et præsertes, et futuros morbos prædicebat, et ægrotantes, et ægrotaturos curabat. Vale.

EPISTOLA XVI.

HIPPOCRATES CRATEVÆ, S.

Scio te (o amice), præstantissimum esse herbarium, teque propter studium, et majorum gloriam, nihil facultate Cratevæ, proavo tuo, cedere. Nunc igitur, si unquam alias, quantas et qualescunque poteris, herbas lege, cum necessitas urgeat, easque ad nos trans mitte, ad virum curandum, Abderitam quidem, verum Democritum, toti civitati æquiparandum. Eum enim ægrotare, aiunt, et insania detentum purgatione valde indigere. Ac ut ne medicamentis quidem (ut spero), utamur, sed tamen undiquaque instructum esse, oportet. Rem autem herbariam apud te semper miratus sum, ut et rerum universarum naturam, et ordinem, sanctissimumque terræ solum, ex quo animantia, plantæ, alimenta, medicamenta, fortuna, divitiæque ipsæ promanant. Neque enim aliqui pecuniæ cupiditas haberet, ubi consisteret, neque me nunc Abderitæ decem talentis illectassent, et pro medico mercede conductum deprehendissent.

Quod si, Crateva, amaram pecuniæ cupiditatis radicem excindere possis, ut ne ullæ ejus reliquiæ restent, hoc probe teneto, quod una cum hominum corporibus etiam male affectos animus purgarem. Sed hæc quidem in votis habenda.

Tu vero nobis, quod præsens est, montanas, et ex summis collibus herbas legito. Nam ob soli densitatem, et aeris tenuitatem, aquosioribus sunt solidiores, et vehementiores. Quod enim attrahunt, magis est animatum. Tenta tamen, ut etiam ex his, quæ circa stagna aut paludes nascuntur, flores colligas, et eas, quæ apud nos fluviales, aut fontanæ, aut ex aquis salientibus scatentes vocantur, quas sane imbecillas, et remissas, ac dulcis succi esse, mihi persuadeo. Succi

autem omnes et fluidi liquores, in vitreis vasis adferantur, ac rursus folia, flores, et radices, in fictilibus novis, probe obturatis, ut ne ventis diffusa vim medicam, tanquam animo deficientes, deserant, verum hæc ad nos confestim mitte. Anni enim tempestas commoda est, et dictæ insanix necessitas urget. Cum enim ab omni arte aliena sit procrastinatio, tum vero maxime in medicina, in qua dilatio vitæ periculum adfert.

Temporum autem opportunitates curationum sunt animi, earumque observatio finis. Democritum sane quidem etiam citra medelam convaliturum, spero. Si vero aliquid naturæ, aut occasionis, aut alterius alicujus causæ erratum, contingat (multa namque nos mortales latent, cum non admodum veritate præstemus), ad id, quod obscurum est, facultatem omnem congregatam esse, opus est.

Neque enim ei, qui in periculo constitutus est, satis sunt, quæ possumus, verum etiam, quæ non expetit, sereque ad duos fines bellum inferimus, unum quidem hominis, alterum vero artis. Horum alter quidem obscurus est, alter vero arte circumscriptus est, et in his ambobus fortuna opus est. Nulla enim conjectura eorum, quæ ad purgationem cum curatione feruntur. Nam et stomachum male affectum suspectamus, et medicationis convenientem modum ex ignota natura conjicimus. Neque enim eadem et una est omnium natura, alterum autem semper etiam sibi circumscribens assimilat, interdum vero totum perdit. Quin etiam reptilia multa herbas suo veneno inficiunt, et suo circumbiati cum inferiore aura, malignitatem, aut ferinus et injucundus odor, ejus rei, quæ accidit, notam dederit. Deinde ars ipsa propter fortunæ lapsum a via recta aberrat.

Certiores autem sunt per veratrum purgationes, quibus etiam Melampus ad Proeti filias, et Anticyreus in Hercule usi fuisse, traduntur. Ac optandum nobis, ut nullum ex his in Democrito usurpemus, sed sapientia, efficacissimum, et præstantissimum medicamentum, illi contingat, et finem imponat. Vale.

EPISTOLA XVII.

HIPPOCRATES DAMAGETO, S.

Hoc ipsum conjiciebamus, Damagete, non delirat Democritus, sed in omnibus sapit, nosque, et per nos omnes homines

sapientiores reddit. Remisi autem ad te vera Æsculapii navem, cui cum solis signo etiam sanitatem apponito, cum re vera prospero numine vela fecerit, eoque die Abderam navigarit, quo me perventurum scripseram. Omnes igitur pro portis congregatos offendimus, nos, ut est verisimile, exspectantes, non viros solum, verum etiam mulieres, atque etiam senes et pueros, per deos tristes, itemque infantes. Hi sane sic affecti erant, quod Democritus insaniret, at ille tunc exacta quadam diligentia philosophiæ incumberebat. Ubi autem me viderunt, paulum ad se rediisse, et bene sperare, visi sunt. Philopœmen vero me ad hospitium ducere properabat, quod et communiter illis placebat. At ego (viri abderitæ), inquam, nihil mihi prius faciendum existimo, quam ut Democritum videam. Quo audito, collaudarunt, et lætati sunt, meque continuo pro forum deduxerunt, alii quidem sequentes, alii præcurrentes, aliaque ex parte alii clamantes, ut servarem, adjuvarem, medellam adhiberem. At ego, bono animo esse, jubebam, quod Etesiarum tempestate fretus, nullum quidem malum, aut certe brevi et facile corrigi posse, sperarem. Simulque hæc dicens pergebam, neque enim procul domus erat, immo neque tota civitas. Adivimus igitur, cum juxta mœnia esset, illucque me placide deducunt. Deinde post turrim collis erat altus, longis et densis populis nigris opacis, unde Democriti domicilium conspicietur.

Ipsaque Democritus sub umbrosa et humillima platano sedebat, in brevi et substricta tunica crassa, citra humeros desinente (exomide dicta), solus, squalidus, in lapidea sella, pallidus admodum, et macilentus, barba promissa. Juxta eum ad dextram tenuis aquila, per declivem tumulum decurrens, placide resonabat. Erat autem delubrum quoddam super tumulum illum, nymphis quidem, quantum conjicere licet, dedicatum, sponte enatis vitibus circumdatum. Hic vero composite admodum librum super genua habebat, et alii quidam utraque ex parte ei adjacebant, crebra autem animalium cadavera, per totum dissecta, accumulata erant. Hic autem interdum contento studio scriptioni incumberebat, interdum multum subsistens, et apud se anxie cogitans, quiescebat. Deinde non multo post, his peractis, exsurgens deambulabat, et animalium viscera attente inspiciebat, hisque

depositis, reversus rursus desidebat.

At vero Abderitæ mihi tristes, nec procul a lacrymantibus oculis, assistentes. Vides certe (inquiunt), Hippocrates, Democriti vitam, quam insanit, neque quid velit, aut quid faciat, novit. Et ex his aliquis, cum adhuc ejus insaniam mihi magis demonstrare vellet, altos ejulatus, ad instar mulieris, liberorum mortem lamentantis, edidit, deinde rursus ingemuit, vioris personam gerens, qui, quod ferebat, perdidit. Quibus auditis, Democritus partim risit, partim subsannavit, nihilque amplius scribebat, caput vero crebro concutiebat. At ego, vos quidem (inquam), viri abderitæ, hic manete, ubi autem ipse propius accessero, et viri verba audiero, corpusque videro, affectus veritatem cognoscam, hisque dictis placide descendi.

Erat autem præceps locus ille, et pronus, vix igitur gressum retinens permeavi. Ubi vero propius accessi, forte in eum incidi, cum sane quid divino furore actus, et concitatus scriberet. Istic igitur constiti, tempus opportunum, dum ipse cessaret, exspectans. At ille non multo post, deposito impetu, et stilo scriptorio, me accedentem aspexit, et salve, inquit, hospes. Et ego, tu quoque plurimum (inquam), Democrite, hominum sapientissime. Ille vero, pudore suffusus (opinor), quod me nomine non compellasset, te vero (inquit), quonam nomine vocavero? Tui enim nominis ignoratio occasio fuit, cur te hospitium appellarem. Hippocrates (inquam), medicus vocor. At ille, Asclepidarum (inquit) nobilitas, tuæque in arte medica sapientiæ gloria, crebris admodum hominum sermonibus ad nos pervenit. Quodnam vero te negotium (o amice), huc adduxit? Quin potius omissis omnibus consideto. Cernis enim, quod non sit injucunda hæc foliis instrata sedes, viridis ad hæc, et mollis, et ad insidendum blandior, invidia obnoxiiis fortunæ sellis.

Cum vero sededissem, rursus inquit, privatam igitur, an publicam animo agitans negotium huc venisti? eloquere aperte. Ad id enim te pro viribus adjuvabimus. Ego vero, ista sane vera causa est, huc tui gratia venio, ut te virum sapientem conveniam. Occasionem autem patria dedit, cujus legationem obeo. At ille, hospitio igitur primum nostro utere. Ego vero, pertentato per omnia viro, etsi eum minime delirare jam mihi constabat, Philopœmenem, inquam, nostri, civem vestrum? Ille vero, maxime,

inquit, Damonis filium dicis, cujus ædes sunt juxta fontem Hermaïda? Illum ipsum (inquam), cujus antiquus sum, et peculiaris hospes. Tu vero, Democrite, potiore me hospitio excipito, inprimisque, quidnam scribas, eloquere. Ille vero paulum moratus, de insaniam, inquit. Tum ego, Jupiter rex, inquam, peropportune sane contra civitatem scribis. At ille, quam civitatem, Hippocrates? Nihil, inquam, o Democrite, sed nescio, quo modo mihi excidit. Sed quid de insaniam scribis? Quidnam vero, inquit, aliud, quam quid sit, et quomodo hominibus innascatur, et quam ratione allevetur. Hæc enim, inquit, quæ vides, animantia, hujus certe rei gratia resco, minime dei opera odio prosequens, sed bilis naturam, et sedem inquirens.

Nosti enim, quod hæc, ubi redundarit, ut plurimum hominum insaniam causa est. In omni quidem natura inest, sed in aliis quidem minus, in aliis vero copiosius. Hujus autem immoderantia morbi existunt, velut materia, partim quidem bona, partim vero mala subjecta. Tum ego, per Jovem, inquam, o Democrite, vere et sapienter ais.

Perinde te beatum judico, qui tanta quiete foveris, cujus participes esse, nobis non liceat. At eo interrogante, cur, Hippocrates, non liceat? Quod, inquam, aut agri, aut res familiaris, aut liberi, aut æs alienum, aut morbi, aut mortes, aut servi, aut nuptiæ, aut ejusmodi quædam hujus opportunitatem nobis rescindunt. Tum sane vir ille, in solitam affectionem delapsus, et abunde in risum effusus est, et vehementius irrisit, ac de cætero quævit. At ego, quid sane, Democrite (inquam), rides? num de bonis aut malis, quæ dixi? Ille vero adhuc magis ridebat. Quod procul videntes Abderitæ, partim quidem capita, partim vero frontem cædebant, quidam etiam capillos evellebant. Nam, quemadmodum postea narrarunt, copiosiore, quam solitus esset, risu usus fuerat.

Tum ego. At vero sapientium optime, Democrite (hujus enim tui affectus causam deprehendere cupio), quoniam tibi risu dignus visus sum, aut ea, quæ dicta sunt, ut, hoc cognito, causa desistam, vel tu reprehensus importunos hos risus summoveas. Tum ille, si (me hercule), inquit, redarguere me poteris, curationem, Hippocrates, qualem nullus unquam, feceris. Et quomodo (inquam), optime, reprehensione dignus non videaris, aut te absurdum non esse, putas, si

hominum mortem rides, aut morbum, aut dementiam, aut insaniam, aut melancholiam, aut cædem, aut quid pejus? Aut contra, nuptias, aut conventuum celebritates, aut liberorum natales, aut mysteria, aut magistratus, aut honores, aut aliud quid prorsus bonum? Quæ enim commiseratione digna sunt, rides, et de quibus lætari oporteat, ea etiam derides, adeo, uti apud te neque boni, neque mali ullum sit discrimen. At ille, recte quidem dicis, Hippocrates, verum risus nostri causam nondum nosti, quam cum didiceris, certus sum, quod meum risum meliorem curationem pro tua legatione patriæ, tibi que ipsi, vicissim reportabis, qua etiam alios prudentiores reddere poteris. Pro quibus fortasse me etiam medicinam mutuo docueris, ubi cognoveris, quanto studio omnes homines ad ea, quæ negligenda sunt, et nullius pretii faciendâ, contendunt, et in his, quæ risu digna sunt consecandis vitam consumunt. Tum ego, dic per deos, inquam, numquid omnis mundus, se ærotare, ignorat, neque habet, unde sui curationem legatione accersat? Quid enim extra eum esse potest? Quo audito, multæ (inquit) sunt, Hippocrates, mundorum infinitates, nolique (amicæ) naturam divitem ut parvam existimare. Sed hæc, Democrite (inquam), suo tempore docebis. Vereor enim, ne, si quando infinitatem percensueris, ridere incipias. Nunc vero, de tuo risu in vita reddendam esse tibi rationem, puta.

At ille, admodum perspicue in me intuens, duas, inquit, mei risus causas existimas, bonam, et malam. At ego unum hominem rideo, amentia quidem refertum, recte factis vacuum, in omnibus consiliis pueriliter agentem, nullius utilitatis gratia immensos labores tolerantem, terræ fines et infinitos recessus, argenti et auri comparandi gratia, immoderatis cupiditatibus peragrantem, et nunquam ab his comparandis cessantem, semper vero ad copiam tumultuantem, ne, si ea destituatur, pudore suffundatur, qui felix non dicatur; quod in terræ hiatus inquirens, eorum manibus effodiatur, qui partim quidem a terra inani intereunt, partim vero diutius hac necessitate detenti, in supplicio, tanquam in patria, permanent, aurum et argentum requirentes, pulveris vestigia, et ramenta pervestigantes, arenam aliam aliunde excitantes, et terræ venas excindentes, ad opulentiam semper terram matrem, tanquam hostilem, in glebas

proscindunt, quam eandem etiam cum admiratione calcant. Quantum vero ridendi debet, quod terram latentem cum labore amant, apertam contumelia afficiunt. Canes emunt, quidam etiam equos, quidam vero, multa circumscripta regione, eam sibi adscribunt, et cum multis dominari velint, sibi ipsis imperare nequeunt. Uxores ducere cupiunt, quas paulo post repudiant, amant, deinde odio prosequuntur, cum cupiditate liberos suscipiunt, deinde eos adultos abdicant. Quodnam hoc inane studium, et rationis expers, nihilque ab insania discrepans? Bellum intestinum gerunt, quietem optabilem non ducunt, regibus vicissim insidias tendunt, homines necant, defosa terra, argentum investigant, argento reperto terram emere cupiunt, terra emta, fructum divendunt, fructibus distributis, rursus argentum capiunt. Quibus mutationibus, et quantis vitiiis obnoxii? Cum opes non habeant, eas expetunt; si habent, abscondunt, dissipant. Eorum res adversas derideo, eorum infortunia intento risu excipio. Veritatis enim instituta violant, contentionis studio hostiles inter se rixas habent. Cum fratribus vero, parentibus, et civibus mutuas cædes exercent, idque pro iis possessionibus, quarum nemo post mortem dominus esse potest. Injustam vitam consecrantes, amicorum et patriæ inopiam despiciunt, indigna et inanimantia divitiarum loco habent, pro universis facultatibus statuam mercantur, quod simulaerum loqui videatur, eos vero, qui vere loquuntur, odio habent. Res non faciles amore prosequuntur, in continente habitantes, maritima expetunt, rursusque insulas tenentes, continentem affectant, cunctaque in suam cupiditatem pervertunt. Et in bello quidem fortitudinem laudare videntur, at in dies a libidinum indulgentia et avaritia vincuntur, et affectibus omnibus tenentur.

Thersitis autem vitam omnes referunt. Qua vero in re risum meum, Hippocrates, reprehendisti? Neque enim quisquam suam, sed alter alterius amentiam deridet, hi quidem ebrios, cum ipsi sibi sobrii videantur, alii amantes, cum ipsi graviore morbo laborent, hi vero navigantes, alii agriculturæ deditos. Neque enim artibus, neque operibus, inter se consentiunt.

Tum ego, hæc quidem, inquam, vera sunt. Democrite, neque alia quæpiam oratio ad convincendam mortalium mise-

riam commedior esse possit. Verum ipsæ actiones hanc necessitatem, veluti decreto quodam, imponunt, ad rei domesticæ dispensationem, navium fabricationem, et reliquam reipublicæ administrationem, in qua versari, hominem oportet. Neque enim ad inertiam eum natura procreavit. Ex his rursus late sparsa ambitio multorum recte sentientem animum aberrare coegit, qui ad omnia, velut sine lapsu, summo studio contendunt, non tamen obscuritatem prævidere possunt. Quis enim (o Democrite), uxorem ducens, divortium aut mortem cogitat? aut liberos educans, interitum? Sed neque in agricultura, et navigatione, regno, imperio, et omnibus, quæ sunt in vita. Nemo enim se oberraturum animo, ante percepit, sed quisque horum bona spe pascitur, deteriora vero ne meminit quidem. Num igitur tuus hic risus his minime convenit?

Tum Democritus, tardo, inquit, es admodum ingenio, proculque a mea sententia peregrinaris, Hippocrates, neque tranquillitatis, et perturbationis modum, propter ignorantiam, prospicis. Qui enim hæc ipsa prudenti cogitatione disponunt, ii et facile liberantur, et meum risum sublevant. Nunc vero, velut in rebus vitæ convenientibus mente capti, cæcutiunt, neque mente ratiocinationis experte inordinatum impetum facile addiscunt. Satis enim fuerit hæc admonitio, rerum omnium commutatio, quæ subitis conversionibus incidens, repentinam, et omnimodam rerum, velut rotarum agitationem, in mentis notione reponit. Illi vero, tanquam hæc adaptata sit, et firma, affectionum continenter incidentium obliti, aliter alias, quæ tristitiam adferunt, expetentes, quæ sunt incommoda, inquirentes, in multis calamitatibus assidue versantur. Quod si quis omnia, quæ facit pro viribus mente versaret, vitam ab omni casu immunem servaret, se ipse probe noscens, et suam ipsius concretionem aperte intelligens, cupiditatis studium in infinitum non extenderet, sed naturam divitem, et omnium alumnam, per ea, quæ abunde suppetunt, sequeretur. Quemadmodum autem optimus corporis habitus affectionum periculum denuntiat, sic magnus rerum successus lubricus est. Rebus autem in adversis insignes conspiciuntur. Alii vero, antiquorum res minime oculis subficientes, pravis suis actionibus pereunt, manifesta, velut obscura, non providentes, cum tamen longam vitam exem-

plum habeant eorum, quæ fiunt, et non fiunt, ex quibus, quod futurum est, cognoscere oportebat.

Hæc est mei risus materia, homines imprudentes, improbitatis suæ pœnas dantes, avaritiæ, inexplibilis cupiditatis, inimicitiarum, insidiarum, subdolorum consiliorum, invidentiæ. Difficile est; multorum malorum machinatricem solertiam verbis exprimere, cum eorum sit infinitas quædam, et in his, cum dolosis commentis, prava mente inter se converentur.

Apud eos autem virtutis modus habetur, quod est deterius. Mendacia enim amant, et in his se exercent, voluptatis studium extollunt, legibus minime parentes. Hic autem meus risus, quæ ab his nullo proposito consilio fiunt, condemnat, cum neque visionis, neque auditionis participes sint. At solus hominis sensus, recta intelligentia eminens splendens, quod præsens et futurum est, prævidet. Omnia detestantur, ac rursus ad eadem se adiungunt; navigationem aversantes, navigant; agricultura propulsata, rursus agrum colunt; abdicata uxore, aliam inducunt; susceptos liberos sepeliunt, et his sepultis alios procreant, et rursus educant; senectutem exoptant, cumque eo pervenerint, gemunt, nulloque in statu firma mente persistent. Principes ac reges privatum beatum prædicant; privatus regium imperium affectat. Qui rempublicam regit, artificem, tanquam periculi expertem laudat; artifex vero illum, velut in omnia potentiam exercentem. Rectam enim virtutis viam puram, minimeque asperam, ac inoffensam non cernunt, per quam nullus incedere sustinet. Per inaccessam autem, et tortuosam feruntur, et in peraspera delati incedunt, et offendunt, plerique etiam decidunt, velut si quis persequatur, anhelantes, partim sequentes, partim præcedentes contendunt. Et eorum quosdam impudentia fretos, nefandi alieni cubilis corrumpendi amores succendunt, quosdam etiam inordinatus avaritiæ morbus tabefacit, alii mutas insidias struunt. Alii vero, ambitionis studio in aera subvecti, sceleris gravitate in exitii profundum præcipites deferuntur, diruunt, deinde ædificant, beneficium conferendo gratiam demerentur, deinde pœnitentia ducti, amicitia jura violant, maleque afficiendo ad inimicitias deveniunt, et cognitionis jura bello appetunt, horumque omnium avaritia causa est. Quanam in re ab infantibus

ludibundis discrepant, quos, cum mens judicio careat, quidquid sese forte obtulit, delectat?

Quod ad cupiditates attinet, non multum a brutis animantibus differunt, nisi quod feræ in eo, quod satis est, se continent. Quinam enim leo aurum defossum in terram abdidit? Quinam taurus alienum usurpandi cupiditate ad prælium impetu quodam delatus est? Quæ pardalis inexplibilem aviditatem admisit? Sittit quidem aper, sed quantum aquæ appetit. Lupus vero, dilaniato, quod sese obtulit, necessario alimento, quiescit. At si dies jungantur noctibus, hominem non capit comessandi satietas. Et anniversariorum temporum ordo brutis quidem animantibus coitus finem adfert, hic vero insano libidinis stimulo continenter agitatur.

Quomodo, Hippocrates, ejulantem ob amorem, quod suo commodo privatur, non derideam? præcipueque si quis, nullo habito periculorum delectu, per præcipitia, et alta maria feratur, intenso risu non excipiam? Non ridebo eum, qui navem multis mercibus onustam demersit, deinde mare incusantem, quod eam plenam submerserit? Equidem hæc minime ridicula duco, verum in eos aliquid molesti excogitare cuperem.

Sed neque pro his medicinam esse oportuit, neque aliquem, qui pœonia medicamenta conficeret. Cujus rei te admoneere debeat tuus ille progenitor, Æsculapius, qui pro servatis hominibus gratam beneficii recordationem, fulminis ictus reportavit. Non vides, me quoque hujus vitii participem esse, dum, in insaniam, causam inquirens, animantia mactato, ac reseco, quam in hominibus percrotari oportuit? Nonne vides mundum ipsum inhumanitate redundare, et infinitas adversus hominem affectiones cumulare?

Totus homo ab ipso ortu morbus est. Dum educatur, inutilis, auxilium supplex implorat; dum increscit, improbus, et demens est, institutione puerili indigens; in ætatis vigore constitutus, audax; ætate marcescens, miserabilis, suos labores per imprudentiam excolens. Talis enim ex materno cruore sanie permixto promicuit. Proptereaque hi quidem indignabundi, et immodica ira referti, in calamitatibus, et pugnis, alii in adulteriis et stupris perpetuo versantur, alii in ebrietatibus, alii in rerum alienarum cupiditatibus, alii in suis perdendis. Quod si, possemus, nullo intus relicto velamen-

to, omnium habitationes detegere, deinde ita, quæ intus aguntur, inspicere, hos quidem edere videremus, illos vero vomere, alios in dignis verberibus torquere, alios venena miscere, alios insidias struere, alios rationibus studere, hos gaudere, illos plorare, hos amicorum accusationem meditari, illos vero nimia ambitione desipere. Et certe quædam sunt in animis altius reconditæ actiones. Et in his partim quidem juvenes, partim vero senes, petentes, denegantes, pauperes, rebus affluentes, fame oppressi. Hi luxu gravati, sordidi, vincti, illi vero deliciis gestientes, multos alentes. Alii jugulantes, alii sepelientes, ea, quæ habent, pro nihilo habentes, speratas possessiones captantes, alii quidem impudentes, alii parci, alii inexplebiles, alii quidem interficientes, alii verberibus afflicti, alii superbe se jactantes, alii inani gloria attoniti. Et hi quidem equis addicti sunt, alii hominibus, alii navibus, alii lapidibus, aut lignis, alii status ex aere, alii picturis; et alii quidem legationibus, alii rei militaris administrationibus, alii rebus sacris. Alii coronas gestant, alii armati sunt, alii interficiuntur. Et horum singuli partim quidem in pugna navali versantur, partim in militari officio, partim vero in agricultura, alii vero in navibus onerariis, alii in foro, alii in concionibus, alii in theatro, alii in fuga, alii vero aliis quibusdam rebus. Et alii quidem ad voluptatis studium, mollium, et intemperantiam feruntur, alii ad otium ac desidiam. Cum igitur tot indignas et miseris animas videamus, quomodo eorum vitam, ejusmodi intemperantiæ deditam, ludibrio non habeamus?

Valde quoque metuo, ne artem tuam medicam ipsi non probent. Propter intemperantiam enim implacide se habent ad omnia, et sapientiam insaniam existimant. Et certesuspicio, pleraque in arte tua, aut per invidiam, aut per ingratitude, palam contumelia affici. Ægrotantes enim, simul ac servati sunt, causam diis vel fortunæ attribuant. Plerique vero, hoc suæ naturæ assignantes, bene merentem odio prosequuntur, parumque, abest quin indignentur, si eis operam debeant. Multi etiam, artis imperitam præ se ferentes, cum sint ignorant, quod melius est, damnant. Calculorum enim suffragia stupidis attribuantur, neque ægrotantes simul approbare volunt, neque ejusdem artis socii testimonio confirmare, cum invidia ob-

stet. Neque tu hujusmodi contumelias non expertus es, cum probe sciam hæc, quæ in memorabilibus affectionibus fiunt, te per causam, aut invidiam, nunquam lubenter convitiis insectatum. Veritatis enim nulla est cognitio, neque testimonii confirmatio.

Quæ cum diceret, subridebat, mihi que, Damagete, divina quadam specie, prioremque formam oblitus esse videbatur. Tum ego, Democrite præstantissime, magna hospitalitatis tuæ munera mecum in Co reportabo, cum multa me sapientiæ tuæ admonitione compleveris. Præco enim tuarum laudum revertor, quod naturæ humanæ veritatem investigasti, et mente complexus es. Accepta autem a te mentis curatione, discedo, cum id tempus postulet, ut corpori consulatur. Cras vero, ac deinceps, ad eundem locum revertentem.

Quæ cum dixissem, surrexi, ille vero me comitari paratus erat. Cumque quidam, haud scio unde, accederet, libros tradidit. Et ego ad Abderitas, qui me speculantes expectabant, concitatore gressu redii. Viri, inquam, abderitæ, pro vestra ad me legatione magnas habeo gratias. Democritum enim, virum sapientissimum, vidi, qui solus homines ad sanam mentem reducere potest. Hæc habui, Damagete, quæ de Democrito tibi læto admodum animo narrarem. Vale.

EPISTOLA XVIII.

DEMOCRITUS HIPPOCRATI, S.

Ad nos venisti, Hippocrates, ut, tanquam insanis, veratrum exhiberes, a stultis hominibus persuasus, quibus virtutis labor insaniam reputatur. Tum autem forte de orbis ornatu, polorum, ac insuper de astrorum cœlestium descriptione scribebamus. Cum autem horum naturam cognovisses, quam valde apte essent fabricata, et quam procul ab insaniam, ac dementia, essent posita, naturam quidem meam laudasti, illos vero amentes, immites, et insanos judicasti. Quæ enim permutata per inane feruntur, et simulacris nos decipiunt, quæ sane mundus esse conspiciuntur, et vicissitudine quadam sibi succedentia fabricata sunt, ea mens nostra, dum naturæ veritatem indagatur, in lucem produxit. Harum rerum testes sunt libri, a me conscripti. Minime igitur, Hippocrates, cum hujusmodi viris, quorum mens in summo

fluctuat, et inconstans est, te congregi, aut conversari oportet. Nam si ab his persuasus, mihi tanquam insano veratrum propinasses, prudentia in insaniam evasisset, artemque tuam, velut dementia causam, increpavissent. Veratrum enim, sanis exhibitum, menti tenebras offundit, insanis vero multum prodesse consuevit.

Existimo enim, quod si non me scribentem, sed recumbentem, aut forte deambulanti offendisses, et mecum cogitantem, modo quidem ea, quæ animo agitarem, implacide ferentem, modo etiam ridentem, et me convenientibus familiaribus mentem non adhibentem, sed stupendum in modum mente et contemplatione in rem aliquam incumbentem, ex his sane, quæ vidisses, Democritum insaniam imaginem præ se ferre, oculis tuis iudicasses.

Medicum igitur non solum ex aspectu, sed ex re ipsa, affectus iudicare decet, et modulos, ut plurimum, et num morbus incipiat, aut in medio sit, aut in fine, discernere, et, considerata temporis, et ætatis differentia, ac universa totius corporis natura, affectus curare. Ex his enim omnibus facile morbum deprehendas. Tuum autem de insaniam scriptum ad te remisi. Vale.

DE INSANIA TRACTATIO.

Insanienti, ob humiditatem cerebrum, in quo animi sunt officia, cum humidius, quam pro natura fuerit, moveri, necesse est, velut dixi in libello de morbo sacro; quod cum movetur, neque visionem, neque auditionem quiescere, verum alias varia tum videre, tum audire, linguamque ea, quæ sigillatim viderit, et audierit, disserere.

Eo autem tempore homo sapit, quo cerebrum quiescit. Cerebri vero corruptio ex pituita et bile oritur. Utrumque hoc modo dignosces. Qui enim ex pituita insaniant, quieti sunt, neque clamosi, neque tumultuantes. Qui vero ex bile, hi verberant, malefici sunt, neque quiescunt. Et si quidem continenter insaniant, eæ causæ sunt. Terrores vero et metus ex transmutatione fiunt, calefacto cerebro a bile, in ipsum per venas sanguine plenas irruente. Ubi vero bilis rursus in venas et corpus discessit, quiescit. Tristatur vero et æstuat, et plus, quam commodum sit, obliviscitur, dum cerebrum a pituita refrigeratur, et præter naturam

concrescit. Cum vero derepente cerebrum a bile calefactum fuerit, sanguine in commemoratis venis ebulliente, horrenda ægri vident insomnia, ac velut evigilato facies inciditur, oculi rubent, mensque aliquid mali agitat. Idque etiam in somno contingit. Ubi vero sanguis rursus in venas sparsus fuerit, quiescit.

Libro quinto de morbis vulgaribus quemdam recensui, in quo vocis defectio contingebat, ignoratio, crebra deliria, et morbi reversiones. Lingua dura erat, ac, nisi collueret, loqui non poterat, et plerumque valde amara. Venæ sectio solutionem attulit, aquæ potio, aqua mulsa, et veratri potiones. Hic, cum non diu supervixisset, mortuus est. Erat et alius, quem, cum ad convivium procederet, si tibicinam tibia canentem audiret, timor invadebat; interdiu vero si audiret, nihil is patiebatur.

EPISTOLA XIX.

HIPPOCRATES DEMOCRITO, S.

In arte medica, quæ recte fiunt, plerumque quidem hominum vulgus non admodum laudat, sæpe vero diis attribuit. At si in aliquo repugnans natura eum, qui curatur, interemerit, numen prætermittens, medicos incusat. Et ego sane plus reprehensionis, quam honoris, ex arte mihi consecutus videor. Neque enim, quantumvis jam senex, ad artis medicæ summam perveni, neque etiam ipsius inventor, Æsculapius, sed et ipse a sese in multis dissensit, velut eorum, qui scripserunt, libri nobis tradiderunt.

Tua sane quidem ad nos missa epistola per veratrum medicationem reprehendebat. Accitus igitur sum, Democrite, velut insanientem veratro purgaturus, cum conicere non possem, qualis tandem esses. Postquam vero tecum versatus, non per Jovem desipientiæ opus, sed omni prope favore prosequendum cognovi, magnopere ingenium tuum laudavi, teque præstantissimum naturæ, et mundi, interpretem iudicavi, eos vero, qui me acciverunt, tanquam insanos accusavi, cum ipsi medicatione indigerent. Quandoquidem igitur casu contigit, ut nos una conveniremus, recte feceris, si ad nos crebriores litteras dederis, et a te conscripta commentaria ad nos transmiseris. Misi autem etiam ad te de veratri usu libellum. Vale.

HIPPOCRATIS DE VERATRI PURGATIONE LIBELLUS.

Qui non facile per superiora purgantur, iis corpora copiosiore cibo, et quiete ante potionem, humectanda sunt. Post veratri potionem corpora magis ad motionem, quam ad somnos adducenda. Quod vero motio corpora turbat, id indicat navigatio. Cum voles, ut veratrum magis ducat, corpora moveto.

Veratrum carnes sanas habentibus periculum creat. Qui in medicamentorum potionibus non sitiunt, purgari non desunt, priusquam sistant.

Ex veratro orta convulsio lethalis. Immodicæ purgationi succedens convulsio, aut singultus, malo est. In alvi perturbationibus et vomitionibus sponte obortis, si qualia purgari convenit, purgantur, tum facile ferunt; alioqui contra accidit.

At, velut in prænotionibus dictum est, per superiora purgatio accommodata est ei, qui sine febre cibi fastidio, aut ventriculi morsu, aut tenebrosa vertigine torquetur, aut cui os amarum est, et in summa omnibus supra septum transversum doloribus; per inferiora vero, ubi citra febrem tormina detinent, lumborum dolor, genuum gravitas, menses ægre prodeunt, et dolores sunt in partibus, septo transverso inferioribus.

In medicamentorum autem potionibus vitandi sunt, qui corpore probe valent, præcipue vero nigri, et humida carne præditi, subsicci, balbi, et blæsi.

At qui per morbi initia inflammationes confestim per medicamenti potionem solvere nituntur, ii de distento quidem, ac inflammato nihil auferunt, velut a me dictum est in libro de ptisana. Crudus enim affectus nihil cedit, quæ vero morbo resistent, et sana sunt, tabefaciunt, imbecillo autem reddito corpore, morbus superior evadit, et curari ii nequeunt.

Veratrum autem exhibendum, quibus de capite fluxio fertur, at suppuratis minime dandum. Medicamento minime purgandi decolores, raucedinosi, lienosi, sanguine defecti, suspiriosi, et sicca tussi vexati, siticulosi, flatulenti, quique præcordia distenta habent, et latera, et dorsum, qui stupore affecti hebetius cernunt, quibus aures sonant, quique urinam minime continent, neque qui morbo regio laborant, et alvo sunt debili, quibus sanguis erumpit, aut qui tubercula habent. Quod si medicamento purgan-

dum videatur, veratro per superiora secure purgato, at per inferiora minime. His autem præstat, victus rationem præscribere. Neque vero, quemadmodum in prædictis dixi, medicamento purgandi sunt, qui nigra vomitione refundunt, cibos aversantur, delirant, quique dolore vexati parum dormiunt, qui aspectam ferocem, oblique deflexum, habent, sub-tumidi sunt, tenebrosa vertigine vexantur, decolores, neque qui in febre æstuant, et confracti sunt.

Sesamoides vero (velut dixi libro de ptisana), per superiora purgat, potum ad drachmam dimidiam, et in aceto mulso tritum. Admiscetur etiam veratris tertia potionis parte, et minus strangulat. Diurnas etiam quartanas purgat, et longa febre lipyria laborantes, et eos, quibus neque sitis, neque excretio adest, neque tamen ante tres hebdomadas; interdum etiam morbo laterali et volvulo laborantes. Quin etiam purgandum est, si uteri purgatione opus habeant, velut dixi libro de morbis mulierum.

EPISTOLA XX.

HIPPOCRATES AD THESSALUM FILIUM.

Geometriæ et arithmetices cognitioni studium adhibeto, mi fili. Neque enim solum vitam tuam gloriosam, et ad multa in rebus humanis utilem, verum etiam mentem acutiorum, et longe splendidiorum, ad fructum eorum omnium, quæ in arte medica usui sunt, consequendum reddet. Quanquam quidem geometriæ cognitio, cum multas et varias formas habeat, et omnia cum demonstratione ad exitum perducatur, tum ad ossium positus, et articulos suis sedibus emotos, tum etiam ad reliquam membrorum compositionem, utilis futura est. Nam ad horum affectuum variam cognitionem facilius perveniet, tum etiam articularum repositione, tum ossium contritorum resectione, et perforatione, et coaptatione, et subtractione, reliquaque curatione ductus, qui locum et os, quale sit, ex eo emotum cognoverit.

Numerorum vero series, tum ad ambitus, tum ad eas mutationes, quæ præter rationem in febribus fiunt, et ad iudicandos ægros, et ad morborum securitatem satis futura est. Præclarum enim est, id tibi in re medica subministrari, quod intensionis ac remissionis partium, quæ ex parte inæquales sunt, facilem tibi absque errore notitiam præbeat. Qua-

propter ad hujus experientiæ facultatem valde contendito. Vale.

EPISTOLA XXI.

DEMOGRITUS HIPPOCRATI, DE NATURA HUMANA.

Omnes artem medicam nosse convenit, o Hippocrates, cum præclara simul res sis, et ad vitam conducibilis, tum vero vel maxime eruditionis, et eloquentiæ, peritis. Sapientiæ enim cognitionem medicinæ sororem, et familiarem esse, duco. Sapientia siquidem animi perturbationes exhaurit. At medicina corporum morbos pellit.

Mens autem increscit, cum adest sanitas, cujus curam habere eos, qui recte sentiunt, præclarum est. Ubi vero corporis habitus dolet, mens ad virtutis exercitationem nullam adhibet diligentiam. Præsens enim morbus animum vehementer hebetat, et intelligentiam in affectus cognationem secum adducit.

Humanæ vero naturæ descriptio hanc habet speculationem. Cerebrum quidem in summa corporis parte præsidio locatum est, ad securitatem sibi conceditam, intra membranas nervosas collocatum, supra quod duplicia ossa ad necessitatem adaptata, dominum mentis custodem cerebrum comperunt.

Pilorum concinna ratio cutem exornat. Oculorum vero cernendi vis intra multas tunicas, insistentibus humoribus, velut in cavo delitescens, sub fronte ad moderationem collocata, cernendi causa est. Pupilla sincera palpebræ extremam oram (*ταρσόν* dicunt), ad opportunitatis custodiam sustinet. Nares duplices, odoratus arbitra, oculorum viciniam dirimunt. Labra vero, os molli suo contactu circumplexa, verborum sensum, et exactam articulationem regunt, et efficiunt. Mentum autem in extremitatem desinit, et testudinis in modum convexum, dentium clavis coaptatur. At aures opifex ad sermones excipiendos aperuit, in quas cum sermo subit, certus temeritatis minister evadit. Lingua, loquentiæ mater, animi nuncia, gustus custodiæ præfecta, tutis dentium sepimentis munita est. Guttur ac gula, juxta sese coaptata, viciniam habent. Illud enim in spiritus viam, hæc vero in ventriculi profundum, liberaliter propellendo alimentum demittit. Cor regium locum obtinens, coniformam habens, adversus omnes insultus thoracem induit.

Crebræ autem spiritus cavernæ, acri perviæ, spiritum vocis causam pariunt. At hepar, quod sanguinem suggerit, et in alimentum transmutat, cum fibris plerumque vena cava alluitur, cupiditatisque causa est. Bilis pallida, in hepate manens, ubi in corpore humano redundat, ipsum corrumpit, ejusque noxius et inutilis est incola. Splen ex adverso jacet, nullum negotium exhibens.

Horum medius ventriculus, omnia suscipiens, chorum ducit, et recumbit, coctionem moderans. Intestina vero, quæ ventris compositione continentur, constituta, uti cum eo agitentur, per ventrem convolvuntur, eorum, quæ assumuntur, et excernuntur, causæ. At gemini renes, coxis insidentes, et adipe circumdati, ab urinarum excretionem non alieni, natura sunt comparati. Omentum vocatum toti ventri dominatur, eumque, solo liene excepto, complectitur. Vesica deinceps nervosa, coxæ ore per complicata vasa insidens, urinarum excretionis causa existit. Huic vicina infantium mater, gravis calamitas, sexcentarum ærumnarum mulieri auctor, uterus delitescit. Cujus osculo caro præficitur, quæ, ex imis coxarum recessibus erumpens, nervis adstringitur, ex plenitudine naturæ ventris effundens, ex partus providentia.

Extra corpus pensiles, domum incolunt, ad generationem conditi, testes, multiplices tunicas habentes. Pubes autem, ex venis et nervis ad benevolentiam contexta, urinarum effusionem facit, ad veneris ministerium a natura condita, pubertatis appetentiam coarctat. Crura et brachia, hisque annexa extrema, totum officii principium coarctatum habent, totamque nervorum administrationem perficiunt. Incorporæ autem in imis recessibus natura viscerum omne genus fabricavit, quibus sane mors insistens ea celeriter administratione solvit.

EPISTOLA XXII.

HIPPOCRATIS SALUBRE CONSILIUM AD REGEM DEMETRIUM.

Hippocrates Cous regi Demetrio, S. Nos cum antea, o rex, operam dederimus, ut naturæ humanæ partes in summa considerarem, eas ad te conscriptas, velut jussisti, misimus. Nunc vero ea, quibus summo studio prudentes incumbere debent, partim quidem a majoribus excepta, partim vero etiam nunc per nos inventa, ad te scripsimus. Quæ si prio-

rum morborum signis contingentibus assecutus fueris, iisque sapius usus fueris, nullum per omne vitæ tempus morbum experieris

- Duo autem sunt ægotantium genera, quæ universa animantia affligunt, unum quidem genere, alterum per affectu, inter se dissimilia. At alimentorum cupiditates ex repugnantibus deprehendes, dum, quæ vacuantur, eorum, quæ plena sunt, et quæ implent, vacuorum indicatione faciunt. Morbos autem omnes ex subcontrariis conflatos deprehendes, et morbos ex morbis oriundos.

Convulsionibus succedens febris morbum compescit, capitis magnos dolores sanguis per aures, aut nares, copiose prorumpens. Convulsiones, melancholicis omnibus succedentes, melancholias sedant. Et in summa quidem humanorum morborum radix caput est, ex eoque maximæ ægotationes adveniunt. Cum enim toti corpori incumbat, eorum omnium, quæ ingeruntur, reliquias, et tenues humores, non secus ac cucurbitulam, attrahere contingit.

Intendere autem animum oportet, ut ipsi in has partes præparatus peculiariter vivas, et, adhibita diligentia, tam bene constituto ordine omnia apud te fiant, ut nullum ingruentis morbi incrementum accipiat, et neque rerum venerearum, neque diversorum eduliorum intemperantia, neque somnis, maxime noxiis, minime exercitato corpore, utaris, sed signa, quæ in corpore fiunt, secutus, cuiusque corporis occasionem conserves, ut eo, qui ingruit, morbo evitato, earum medelarum usu, quas præscribo, sine ullo morbo vitam transigas.

ATHENIENSIVM SENATUS CONSULTVM.

Senatus populusque Atheniensium sic censuit. Quandoquidem Hippocrates Cous, medicus, ab Æsculapio oriundus, summam benevolentiam in servandis Græcis ostendit, cum, peste a Barbaris in Græciam pervadente, demissis per loca suis discipulis, medelas indicavit, quibus qui uterentur, instantem pestem secure effugere possent, quoque modo medicina, Græcis tradita, eos laborantes tuto servaret. Quin et exacte a se scripta de re medica in publicum emisit, cum multos esse cuperet medicos, qui servare

possent. Persarum etiam rege ipsum ad honores, suis optimatibus æquales, et munera, quæ ipse Hippocrates optaret, accersente, Barbari pollicitationes, quod hostis et communis Græcorum inimicus erat, contempsit. Ut igitur constet, populum Atheniensem Græcis semper utiliter consuluisse, utque dignam pro meritis Hippocrati gratiam referat, decrevit populus, ut is magnis mysteriis, non secus ac Hercules, Jovis filius, publice initiaretur, et corona aurea mille aureorum coronaretur, coronam ipsam quinque quatribus magnis in gymnico certamine, præcone proclamante. Et omnibus Coorum liberis liceat, non secus ac Atheniensium, Athenis pubertatem agere, quod eorum patria ejusmodi virum procreavit. Hippocrates vero, ut civitatis jure, et victu in Prytaneo toto vitæ tempore donetur.

HIPPOCRATIS ORATIO AD ARAM.

Vos alloquor o multi et multarum urbium incolæ, summaque dignitate constituti, communi nomine Thessali! Mortales omnes duræ fati necessitati sunt obnoxii, quæ, quod velit, per vim extorquere potest. Quam enim ob causam nunc, cum prole mea fronde coronatus, ad Minervæ aram supplicanti similibus, sedeam, quis sim, his qui me non norunt enarrare oportet. Hippocrates medicus, Cous, o viri, gravi, et honesta de causa, me ipsum, et liberos, vestræ multitudini cognoscendos trado. Vos etiam mihi sane familiares estis, inter quos (re vera), plurimos, et in vestris urbibus, ut paucis expediam, noti sumus. Nomen vero meum ulterius, quam forma, processit. Id autem causæ ex arte mea, quæ sanitatem et vitam tuetur, fuisse videtur, quod non solum hominibus, qui vestram regionem incolunt, verum etiam multis Græcis, vobis finitimis, notussum. Cur autem tantum negotium peragendum susceperim, jam referam.

Atheniensibus male vertat (viri Thessali), qui metropolim nostram Co in servitatem redigentes, libertatem a majoribus acceptam, privato sibi jure vindicant, neque cognationem revereri, quæ illis est cum Apolline, et Hercule, et ad Ænium, et Sunium, eorum liberos, pervenit, neque illis in mentem venit Herculis beneficiorum, quæ vobis et nobis communis ille deus, et bene volens, in illos contulit. At vos per Jovem, supplicum curam gerentem, et per penates

deos, foras prodite, et vestræ dignitatis memores in libertatem asserite!

THESSALI, HIPPOCRATIS FILII,
ORATIO.

Consentaneum esse, arbitror, viri Athenienses, ut is, qui apud vos dicturus venit, cum multitudini notus non sit, primum quidem, quinam, et unde sit, demonstret, deinde vero reliquam orationem persequatur. Pater certe mihi est Hippocrates, quem, quantum habeat in arte medica facultatem, optime nostis, nomen vero Thessalus, qui et inter vos non in postremis, nec in paucis, sum cognitus. Patria mea Cos est, quæ quæ ratione vobis ab antiquo conjuncta sit, cæteri dicent, qui in enarranda historia plus valent.

Huc autem veni, a patre missus, quatuor in vos a nobis collata beneficia commemoraturus. Unum quidem vetus quoddam, majorum nostrorum memoria, in omnes Amphictiones commune, quorum vos non minima pars estis. Alterum vero hoc aliquanto majus, quod etiam ad plurimos Græcos permanavit. Et hæc quidem ab urbe nostra, et majoribus nostris, profectaprehenduntur. At tertium patris est proprium, et tantum, quantum nemo unquam hominum, tum apud vos, tum apud multos Græcos posuit. Quartum, et ultimum, mihi cum patre commune est, quod nec jam in multos, sed in vos ipsos redundavit. Quod, quanquam cum prioribus beneficiis comparatum, parvum videri queat, ad aliorum tamen beneficia collatum, magnum est. Atque hæc quidem beneficia, ut paucis comprehendam, quemadmodum dixi, ita se habent.

Vera autem esse, non solum dicere, sed etiam demonstrare convenit. Orationis igitur nostræ exordium ab officiis nostris sumam, ac primum antiquissima referam, in quibus longiora fortasse, et fabulosiora narrare videbor. Quivis autem vetus dici desiderat. Olim enim crisæa gens vit, et circa pythicum templum habitabat, terram autem, quæ nunc Apollini dicata est, incolebat. Crisæus vero campus vocatur, quem Locri accollunt, et in quo sunt Melæna; Cirphius autem mons, cui Phocenses adjacent. Crisæi vero cum numerosi essent, potentes, et divites, his bonis insolentius abutentes, multa gravia et injusta perpetrarunt, in deum etiam impie se gerentes, Delphos subjugantes, vicinos di-

ripientes, colonos deprædantes, uxores et liberos abducentes, et in eorum corpora flagitium committentes. Ex quibus ira commoti Amphictiones, immisso in eorum agros exercitu, iisque prælio superatis, regionem devastarunt, et urbes expugnarunt. Ubi qui multa et nefaria perpetrarunt, in miserabiles calamitates inciderunt, neque minores pœnas, quam aliis inflixerant, persolverunt. Ex quibus felicissimi fuerunt, qui hostium manibus perierunt; deinde, qui bello capti sunt, quique ad aliam regionem et urbes transmissi sunt. Neque enim sua mala ob oculos habuerunt. At qui captivi illic remanserunt, infelicissimi fuerunt, qui suam regionem incolentes, cum uxoribus et liberis, agros, et urbes igne conflagrantes, aspexerunt. His autem adhuc pejus degebant, qui intra mœnia perdurabant, cum commemorata mala partim quidem videbant, partim vero sciscitando resciscabant, veris majora audientes (sic enim ^{ut} ^{ps.} ^{ingere} solet), et sane suæ salutis diffidebant. Erat autem illis urbs probe hunc locum maxima, ubi nunc equestre certamen celebratur, in quam, mœnibus extractis, aliarum urbium exules receperunt, inutilibus vero ejectis, necessaria comportarunt, et de sustinendo bello cogitabant, sperantes, neque hostili manu, neque longa temporis obsidione urbem capi posse.

Amphictiones vero tum reliqua destruxerunt, tum præsidio urbi imposito, et ad obsidionem comparato, reliquum exercitum per urbes dimiserunt. Successu vero temporis, cum pestis castra invasisset, militibus ægrotantibus, quibusdam etiam morientibus, aliis quoque propter morbum præsidium deserentibus, Amphictiones turbati sunt, et varia inter se consultabant. Sic autem in rebus communibus quodammodo fieri solet.

Demum vero morbum indigne ferentes, et bellum desperantes, rem deo commiserunt, et quid agendum foret, interrogaverunt. At ille bellum gerere jussit, et victoriam pollicitus, si Co peterent, cervique filium cum auro in subsidium adducerent, idque festinabundi, priusquam Crisæi in adyto tripodem deriperent; alioqui urbem capi non posse. Quibus auditis, Co profecti oraculum renunciaverunt.

Hærentibus autem Cois, et vaticinium ignorantibus, surrexit ex Asclepiadarum genere quidam ex majoribus nostris, medicus, inter Græcos ejus temporis procul omni dubio præstantissimus, ei nomen

erat Nebrus, qui, dixit oraculum præcipere, ut ad se venirent. Siquidem deus vobis consuluit, ut Co profecti, cervi filium in subsidium adduceretis. Hæc equidem est Cos, cervorum fetus Nebri appellantur, Nebrus autem mihi nomen est. Quodnam vero subsidium mihi habenti exercitui potius fuerit, quam medicus? Etcerte, recte consentaneum non existimo, ut eos, qui in tantum Græcos divitiis superant, deus Co venire jusserit, uti aureos nummos peterent. Verum oraculum istud in familiam meam venit. Chrysus enim mihi vocatur filiorum meorum natu minimus. Hic autem omnino, et specie, et animi virtute (si patri dicere licet), omnibus civibus præcellit. Ego igitur, nisi quid aliud vobis videatur, navi actuaria quinquaginta remorum, meis sumtibus auxiliis medicis, et bellicis, instructa, et ipse veniam, et filium meum deducam, ut utroque modo vobis auxilium feramus. Quæ cum dixisset, his, qui missi fuerant, placuerunt.

Hic vero Nebrus Calydonium apud se educatur, cujus statim, cum res tulerit, mentio fiet, secum navem conscendere jussit. Cum igitur ad locum castrorum hi pervenissent, deus lætatus est. Nam et militum mortes cessarunt, cumque divina quadam fortuna equus Eufylochi, qui belli dux, et Thessalus erat, et originem ex Heraclide altius repetebat, in pulvere volutatus, canalem, ex quo aqua in urbem deducebatur, ungula percussisset, Nebrus eam venenis refecit, ex quo Crisæorum ventres in exitium adducti sunt, idque multum certe ad capiendam urbem contulit. Indequè, velut deo aperte auxilium ferente, obsidentium animi sublatis sunt.

Cum autem impetum in muros facerent, et his, qui in mœnia conscendissent, præmia proponerent, validissimum certamen fuit, urbsque capta est. Chrysus enim primus in murum conscendit, et turrim occupavit. Eum autem e vestigio sequebatur, simul dimicans, vir ille Calydonius, de quo ante dixi. Chrysus quidem ex summa turri decidit, hasta percussus a Mermode, Lyci fratre, qui, cum tripodem direpturus, in adytum venisset, lapidibus obrutus periit. Sic igitur urbem ceperunt, Nebrique auxilium cum Chryso, tum in medicis, tum in bellicis rebus bene respondit, deusque verax fuit, et, quæ promiserat, præstitit. Quibus de causis Amphictyones Apollini templum, quod nunc Delphis est, dicarunt, certamenque gymnicum, et eques-

tre, quod nunquam antea, nunc constituerunt, totamque Crisæorum regionem consecrarunt, ea, quæ dederat ob editum oraculum, reddentes, Chrysumque, Nebri filium, in circo equestri sepelierunt, et statuerunt, ut ei Delphi publice parentarent. Asclepiadis vero in Co, in Nebri gratiam, vaticinandi prudentia concessa est, quemadmodum iis, qui sacrorum rituum memoria præfecti sunt. Calydoniis autem, ob illius viri, et officii meritum, etiam nunc apud Delphos primæ vaticinandi partes, et victus publicus, conceduntur.

Verum ad nostra redeo, quodque vera refero, inde patet, quod, cum pater et ego accessissemus, Amphictyones hæc renovarunt, et confirmarunt, Delphisque columnæ inscripta legenda proposuerunt. Atque hujus quidem orationis exitus liquido ostendit majores nostros de vobis esse bene meritos.

Ea vero dimissa, aliam de iisdem, non tamen eandem assumam. Cum enim magnus ille rex, cum Persis et Barbaris, in Græcos, qui eum aqua et terra arcerent, exercitum duceret, patria nostra maluit cum toto populo perire, ut ne in vos et eos, qui vobiscum sentirent, arma sumeret, et expeditionem navalem mitteret, sed excelso animo renuit, honestum quid et majoribus suis dignum sentiens, qui terra editi, et Heraclidæ dicuntur. Ipsis igitur placuit, ut quatuor, quæ erant in insula, omnibus relictis urbibus, in montes confugerent, et salutem viribus omnibus retinerent. Ex quo sane quid non mali obtigit, regione devastata, liberis corporibus in servitutem abductis, et hostili jure interfectis, urbeque et cæteris præsidiis, ac templis, in cinerem redactis? Quin etiam Artemisiæ, Lygdamis filiæ, pro patrum victoria, permissum erat, omnia, quæ reliqua erant, asportare. At enim a diis (ut res docuit), derelicti non sumus. Sed immanibus exortis tempestatibus naves omnes in periculum adductæ sunt, pleræque etiam perierunt, et in ejus exercitum crebra fulmina deciderunt, insula nostra raro fulmine appetita. Feruntur etiam herorum spectra mulieri esse visa, quibus omnibus perterrita, atrocibus cœptis post acerbam confessionem destitit, quæ, quod dictu acerba sint, etiam a me dimittantur.

Hoc vero loco majoribus etiam meis, quæ sint illis valde propria, neque falsa reddam, Coos nunquam adversus vos, neque Lacedæmonios, neque alios Græ-

cos sponte arma sumsisse, quamvis multi, qui simul insulas et Asiam incolunt, bello cum Barbaris, nulla vi coacti, conjuncti essent. Tunc enim urbi præerant Cadmus, et Hippolochus, qui re vera ex nostris sunt majoribus. Nam Cadmus, qui senatum etiam regebat, ex matris meæ majoribus est. Hippolochus vero ex Asclepiadum familia, a Nêbro, qui Crisæos simul evertit, quartus est. Nos autem Asclepiadæ ex virili stirpe sumus. Proinde præclarum hoc majorum nostrorum facinus amplecti vos decet.

Nunc autem ad Cadmum redeo. Hic certe ornamenti Græciæ adeo studiosus fuit, ut cum regio Artemisiæ obsidione soluta esset, ut, relicta istic uxore, et familia, cum iis, qui eadem sentiebant, in Siciliam profectus sit, uti Gelonem, ejusque fratres, ab amicitia cum Barbaris contra Græcos contrahenda diverteret, multaque alia præclara facinora perpetravit, quæ verbis exaggerare tempestivum non est. Ac certe quidem hæc et ejusmodi sunt publica nostrorum in vos et reliquos Græcos officia, ut me dicendi facultas deficiat.

Jam vero eo devenio, ut Hippocratis, patris mei, beneficium vobis in mentem reducam, quod cum recenseo, verum me dicere, sic comperietis. Cum pestis ex Barbarorum regione, quæ supra Illyrios et Pæonas sita est, decurreret, cumque malum ad hanc regionem pervenisset, istarum nationum reges, pro rei medicæ fama, quæ re vera vires suas quocunque extenderat, ad patrem meum in Thessaliam mittunt, qui illic sane, ut prius, etiam nunc domum habet, ipsum, ut auxilium ferret, accersentes. Neque aurum solum et argentum, reliquasque opes se missuros receperunt, verum etiam si succurreret, quæcunque vellet, reportaturum. Ille vero percontatus, quænam apud eos peculiare agitationes contingerent, et æstus, ventos, et aeris perturbationes, reliquaque, quæ corporum habitus ex præsentis statu agitare queunt. Quæ certe omnia edoctus, eos redire jussit, responso dato, se non posse ad illorum regionem proficisci. Quam citissime autem potuit, ipsos quidem Thessalos admonere constituit, quibusnam modis ab ingruente malo sibi caverent, et conscriptam medelam per urbes proposuit. Me autem in Macedoniam misit. Cum regibus enim Heraclidarum, qui illic regnum obtinent, nobis paterni officii familiaritas intercedit. Et ego quidem ex Thessalia, quo me pater

ire jussit, discessi, auxilium illis laturus. Mihi vero constitutum erat, ut ad vestram urbem accederem. Draconem autem, fratrem meum, ex Pagasis profectum, Hellespontum navigare jussit, consimili præceptione instructum, quam ipse dederat. Neque enim loca omnia eadem ferunt auxilia, quod ex aere ambiente similia non sunt omnia. At Polybium, cui filiam suam, sororem meam, locaverat, et reliquos discipulos, ad diversas urbes misit, ut ad fora et compita profecti, quam plurimum subvenirent. Rebus autem in Thessalia confectis, ad vicinas nationes, ut illis auxilio esset, se conferbat. In Pylas vero profectus, Doriensibus, et reliquis simul Phocensibus, auxilium suppeditavit. Cumque Delphos pervenisset, pro Græcis deo supplicavit, et sacrificio peracto, ad Bœotos se contulit, iisque simili modo suppeticas ferens, ad vos profectus, plurima, quæ ad salutem satis essent, quæque ego nunc adjicio, penitus ex animo dixit. Quæ autem dico, vera esse, multos ex vobis nosse, arbitror. Neque enim ita pridem id contigit, sed nonus hic annus agitur, ex quo in Peloponesum missus profectus sum, iis, qui eam incolunt, auxilium allaturus.

Nobis autem undique, et verbis, et re, dignus honor obveniebat, adeo, ut minime nos pœniteat, cum Illyriorum, aut Pæonum lucro non commutasse. At quæ a vobis sunt concessa, ad reliquas urbes collata, magna sunt. Vestra enim respublica reliquis præstat. Athenæ enim ad gloriam, nescio quid, reliquis urbibus sublimius habent. Quin etiam corona aurea, in theatro vestro imposita, ad summum gloriæ culmen ipsum perduxit. Sed et bonum illud cumulastis, dum patrem, meque, publicæ Cereris et Proserpinæ mysteriis ac sacris initiastis.

Atque hæc quidem tria sunt, tum urbis, tum majorum nostrorum, et patris mei, in vos, cum multis Græcis beneficia, quæ, quantum licuit, verbis, velut func evoluta, extensa, vobis obtendere tentavi. Quartum vero beneficium oratione mea repetam, quod, velut proposui, in vos ego, paterque meus, collocavimus. Cum enim Alcibiadem urbs in Siciliam cum multis copiis mitteret, neque tamen tam multis, quam admirandis, siquidem facta spectentur, cumque in concione sermo de medico incidisset, quem exercitum sequi oporteret, in medium progressus pater meus, me, quoad classis abesset, suis sumtibus instructum, citra

ENCYCLOPÉDIE

DES

SCIENCES MÉDICALES,

OU

TRAITÉ GÉNÉRAL, MÉTHODIQUE ET COMPLET DES DIVERSES BRANCHES DE
L'ART DE GUÉRIR.

PAR MESSIEURS

ALIBERT, professeur à la faculté de médecine de Paris; BARBIER, directeur de l'école de médecine d'Amiens; BAYLE, professeur agrégé de la faculté; BAUDELOQUE, méd. de l'hôp. des enfants; BEUGNOT; BOUSQUET, secrétaire de l'acad. de médecine; BRACHET, médecin de l'Hôtel-Dieu de Lyon; BRICHETEAU, médecin de l'hôpital Necker; CAPURON, membre de l'académie royale de médecine; CAVENTOU, professeur de l'école de pharmacie; CAYOL, ancien professeur de clinique à la faculté; CLARION, professeur à l'école de pharmacie; CLOQUET, professeur à l'école de médecine; COTTEREAU, professeur agrégé de la faculté; DOUBLE, membre de l'Institut; FUSTER, professeur agrégé de la faculté de Montpellier; GÉRDY, professeur à la faculté de médecine; GIBERT, médecin des hôpitaux; GUERARD, médecin de l'hôpital St-Antoine; LAENNEC, ancien chef de clinique à la faculté; MARJOLIN, professeur à la faculté; LISFRANC, chirurgien en chef de la Pitié; MALLE, professeur agrégé de la faculté de Strasbourg; MARTINET, ancien chef de clinique à la faculté; PELLETAN, professeur à la faculté; RECAMIER, médecin de l'Hôtel-Dieu; SERRES, membre de l'Institut; THILLAYE (AUGUSTE), conservateur adjoint de la faculté; VELPEAU, professeur à la faculté de Paris; VIREY, membre de l'académie royale de médecine, député, etc.

M. BAYLE, rédacteur en chef.

1837.

Parmi le nombre si considérable d'ouvrages de médecine publiés jusqu'ici, il est assez singulier qu'il n'y en ait point qui embrasse le cadre entier des connaissances médicales, présentées dans un ordre méthodique et régulier. C'est cependant l'exacte vérité : car les dictionnaires de médecine ne remplissent nullement cet objet. Ces ouvrages, en effet, ne sont que des espèces de bibliothèques renversées, renfermant pêle-mêle des fragments des sciences médicales, des répertoires vraiment indigestes, sans unité de plan et de doctrine, sans proportions des articles qui les composent; des ouvrages enfin où règne nécessairement la confusion, où tout lien scientifique est rompu, où les matières les plus disparates se trouvent rapprochées, et les plus analogues éloignées les unes des autres, suivant le caprice du nom qu'elles portent. Une science quelconque étant un ensemble plus ou moins régulier de connaissances, une réunion méthodique de principes généraux et de déductions de ces principes, il est bien évident qu'on ne peut pas apprendre cette science dans un dictionnaire. Ce dernier ouvrage est utile, sans doute,

mais c'est uniquement à celui qui n'a qu'un point donné de l'art de guérir à consulter ou à étudier.

L'ouvrage que nous annonçons est destiné à remplir cette lacune de la science.

Rassembler tous les matériaux qui composent les diverses branches de l'art de guérir, les résumer dans de grandes proportions, en faire un tout régulier, général et complet pour chacune de ces branches, tel est le but de l'*Encyclopédie des Sciences médicales*.

Voici l'esprit et l'ordre qui présideront à sa rédaction.

Toutes les connaissances nécessaires au médecin y seront comprises dans les sept divisions suivantes :

PREMIÈRE DIVISION.

Sciences préliminaires. — Anatomie générale et descriptive. — Physiologie.

DEUXIÈME DIVISION.

Médecine. — Pathologie générale. — Pathologie médicale. — Maladies des enfants, des vieillards, des femmes, des professions, histoire des épidémies, etc. — Anatomie pathologique. — Hygiène. — Thérapeutique et matière médicale. — Médecine légale.

TROISIÈME DIVISION.

Chirurgie. — Anatomie chirurgicale. — Pathologie chirurgicale. — Médecine opératoire.

QUATRIÈME DIVISION.

Obstétrique. — Accouchements. — Maladies des femmes en couche et des enfants nouveau-nés.

CINQUIÈME DIVISION.

Sciences accessoires. — Chimie médicale. — Physique médicale. — Histoire naturelle médicale. — Pharmacie.

SIXIÈME DIVISION.

Histoire de la Médecine, Biographie et Bibliographie médicales.

SEPTIÈME DIVISION.

Collection des auteurs classiques que tout médecin doit posséder ; traductions d'Hippocrate, de Celse, d'Arétée, de Cœlius Aurélianus, de Sydenham, Baglivi, Huxam, Pringle, Stoll, etc., etc.

On voit, d'après ce cadre, que toutes les connaissances médicales seront comprises dans l'*Encyclopédie*, et que celui qui en fera l'acquisition possédera une véritable bibliothèque complète, raisonnée et systématique, qui lui permettra de se passer d'autres ouvrages. Toutefois, cette vaste collection étant surtout destinée aux praticiens, la plus grande partie en sera consacrée à la médecine et à la chirurgie pratiques.

La *pathologie médicale* est fort riche aujourd'hui, si on en juge par la multitude d'excellentes monographies qui existent, et par le grand nombre de faits nouveaux et intéressants qui se publient tous les jours.

Le premier mérite du *Traité de pathologie interne* de l'*Encyclopédie* consistera donc à résumer fidèlement et complètement les traités particuliers, les articles des journaux français et étrangers, enfin toutes les productions qui ont fait avancer la science sur un point de pathologie et de thérapeutique.

Ce travail, qui pourrait paraître au-dessus des forces d'un homme par son étendue et de celles d'une société de médecins par l'unité et l'ensemble qu'il exige, est fait en grande partie. Joseph Frank, le plus grand praticien de l'Allemagne, fils du célèbre Pierre Frank, vient de publier en latin un *Traité de médecine pratique* en treize volumes in-8° (édition de Turin), qui remplit parfaitement l'idée qu'on peut se former d'un bon traité de pathologie.

Nous ne craignons point de dire que cet ouvrage, qui n'a point été traduit jusqu'ici, et qui n'a son pareil dans aucune langue, est le plus beau monument qui ait été élevé à la médecine pratique envisagée dans son ensemble. On y trouve à la fois le précis de tous les travaux publiés jusqu'aujourd'hui, une érudition bien choisie, une méthode parfaite, une clarté dont il y a peu d'exemples semblables, un excellent esprit, ennemi déclaré des systèmes, et surtout de grandes vues pratiques et des détails tout-à-fait complets sur le traitement de chaque maladie en particulier. Traduire cet ouvrage, dont le dernier volume a paru récemment, en y ajoutant un certain nombre d'articles qui y manquaient, ainsi que le sommaire de tous les travaux de pathologie et de thérapeutique, qui ont pu échapper à l'auteur, telle est la manière dont nous remplirons notre tâche en ce qui concerne le *Traité de pathologie médicale*.

Après le traité général, viendront plusieurs parties de médecine pratique qui ne pouvaient pas entrer dans le plan de ce dernier ouvrage, et qui seront d'une grande utilité pour le praticien : telles sont la description des maladies des enfants, des vieillards, des femmes, des professions, l'histoire des épidémies, etc.

On donnera aussi plusieurs monographies importantes, qui seront reproduites en entier, en les enrichissant de notes : tels sont les traités des maladies du cœur de Corvisart, de la phthisie pulmonaire de Bayle, etc., etc.

On suivra, pour la *pathologie chirurgicale*, exactement la même marche que celle que nous venons d'exposer pour la pathologie médicale ou interne, c'est-à-dire qu'il y aura un traité général et une série de monographies.

Les autres branches des connaissances médicales, qu'il est inutile de rappeler en particulier, et dont la classification est présentée plus haut, seront traitées chacune suivant l'importance qu'elles méritent et l'utilité qu'en peut retirer le praticien.

Mais, dans notre publication, nous reproduisons les meilleurs ouvrages existants, en les accompagnant des additions que peuvent réclamer les nouvelles conquêtes de la science : il y aurait inconvénient pour la science de traiter de nouveau ces parties. C'est ainsi que nous avons réimprimé, avec des additions nombreuses, les *Traités d'anato-*

mie générale et descriptive de BICHAT, parce que de nouveaux traités sur cette matière n'auraient pu qu'être inférieurs à ceux de ce grand physiologiste. — L'ENCYCLOPÉDIE est donc à la fois : 1^o un *Traité général, méthodique et complet des diverses branches de l'art de guérir*, et 2^o un *Recueil des meilleurs monographies et des auteurs classiques de médecine anciens et modernes*.

Les nombreux collaborateurs de l'Encyclopédie travailleront sur un plan et dans une doctrine uniformes, de sorte que l'ouvrage possédera à la fois la richesse des détails, fruit de l'association de divers auteurs, et l'unité de doctrine et de distribution, qui ne peut émaner que d'un seul. M. Bayle est chargé de ce dernier travail.

DISTRIBUTION DE L'OUVRAGE ET CONDITIONS DE LA SOUSCRIPTION.

L'Encyclopédie des Sciences médicales se composera de 100 livraisons in-8^o, de 144 pages, papier, caractères et justification semblables au présent Prospectus.

Chaque livraison ayant 144 pages à deux colonnes, 60 lignes à la page, 72 lettres à la ligne, contient plus de lettres que 500 pages du *Traité de Physiologie* de M. Richerand (8^e édition). C'est un calcul que tout le monde peut vérifier. 100 livraisons de 144 pages de l'*Encyclopédie* égaleront donc 100 volumes ordinaires de 500 pages.

Trois ou quatre livraisons forment un volume.

La collection entière de l'Encyclopédie sera terminée par une Table alphabétique générale. On peut souscrire à l'Encyclopédie entière, aux divisions ou aux ouvrages séparément.

Il a paru jusqu'ici trente-cinq livraisons de l'*Encyclopédie*, comprenant :

1^o L'*Anatomie générale et descriptive* de BICHAT, augmentée et annotée par MM. GERBY, professeur à la faculté de médecine de Paris, HUGUIER et LENOIR, prosecteurs à la même faculté, MALLE, professeur agrégé de la faculté de Strasbourg, et SERRES, membre de l'institut; 2^o la *Physiologie*, par MM. BRACHET et FOUILHOUX, médecins de l'Hôtel-Dieu de Lyon; 3^o la *Médecine légale* et la *Jurisprudence médicale*, par M. EUSÈBE DE SALES; 4^o les *œuvres médicales* de SYDENHAM et d'HUXAM; 5^o les premières livraisons de la *Pathologie interne*, par JOSEPH FRANK, traduite et annotée par M. BAYLE, professeur agrégé de la faculté, et divers autres collaborateurs; 6^o le tome 1^{er} d'HIPPOCRATE (latin et français); 7^o le tome 1^{er} des *Mémoires de l'Académie royale de chirurgie*, précédé d'une analyse de ces mémoires par M. MARJOLIN, professeur à la faculté; 8^o la *Chimie médicale*, par M. BEUENOT, ancien chef des travaux chimiques à l'école vétérinaire d'Alfort.

Il paraît une livraison tous les quinze jours.

PRIX DE CHAQUE LIVRAISON A PARIS : 1 FRANC 50 C.

Et franc de port par la poste 2 fr. Pour l'étranger, 2 fr. 50 c., à cause du double port, par la poste. En province, le prix de souscription est recouvré à domicile.

Pour souscrire, il suffit de s'adresser, sans affranchir,

AU BUREAU DE L'ENCYCLOPÉDIE,

Rue Servandoni, n^o 17, à PARIS.

AVIS ESSENTIEL. — Pour juger de l'extrême bon marché de l'*Encyclopédie*, il suffit de remarquer que l'*Anatomie générale et descriptive* de BICHAT, enrichie de notes, coûte 16 fr. 50 c. au lieu de 45 fr., qui sont marqués sur les catalogues des libraires; le *Traité de physiologie* coûte 5 fr. 25 cent. au lieu de 15 à 18 fr.; la *Pathologie interne*, par Joseph FRANK, traduite, annotée et augmentée, reviendra à 26 fr. au plus, au lieu de 130 fr. que coûte l'ouvrage latin (édition de Leipsick.)

Les œuvres d'Hippocrate, dont le premier des deux volumes dont elles se composeront est paru, coûteront, latin et français, 12 fr. au lieu de 50 à 60, prix de l'*Hippocrate* latin de Foës, et de la traduction de Gardeil.

Les *Mémoires de l'Académie royale de chirurgie* reviendront à 15 ou 18 francs au plus, au lieu de 50 à 80 francs, prix des éditions qui sont dans le commerce.

Cette modicité de prix existant pour toutes les divisions de l'ouvrage, on aura à Paris pour 150 fr., la collection entière, qui coûterait plus de 800 fr. d'après les prix ordinaires des livres de médecine.

REVUE MÉDICALE,

FRANÇAISE ET ÉTRANGÈRE,

Journal des progrès de la médecine hippocratique ;

PAR MM. BAYLE, CAYOL, GIBERT, MARTINET.

(PROSPECTUS DE 1837.)

Jalouse de justifier son titre, ainsi que la faveur du public dont elle jouit depuis si longtemps, la *Revue Médicale* offre le tableau fidèle du mouvement scientifique en France et à l'étranger, en même temps qu'elle s'efforce d'y participer par des publications nouvelles. Considérant toujours la science sous le point de vue de l'application, c'est en tant qu'elles ont un but d'utilité pratique que les recherches du monde savant fixent son attention. En se constituant le *Journal des progrès de la médecine hippocratique*, la *Revue Médicale* a pris avec ses lecteurs l'engagement de rattacher le présent au passé, de faire justice des prétendues nouveautés qui ne sont que du vieux rajeuni, de rejeter tout ce qui, sous une fausse apparence de progrès, tend au contraire à faire rétrograder l'art, en livrant à l'oubli ou au mépris les richesses acquises, et en ouvrant une voie fautive à la marche de la science. Cherchant à utiliser la masse de faits de détail qui s'entassent et s'amoncellent de toutes parts, c'est en les groupant, et en les rattachant autant que possible aux saines doctrines et aux vrais principes, que la *Revue* s'est efforcée de lutter contre cette diffusion et cette anarchie, qui forment la grande plaie de l'époque. En général, nous avons eu principalement recours à l'expérience et au raisonnement des praticiens déjà mûris par l'âge et le travail ; mais cela ne nous a pas empêchés d'accueillir favorablement les essais de ceux qui débutaient dans la carrière, et nous appelons de tous nos vœux les jeunes médecins à venir prendre rang parmi nos collaborateurs. Désireux également d'entretenir des relations intimes et suivies avec les sociétés savantes des départements, nous prions instamment MM. les secrétaires et les membres de ces sociétés de vouloir bien correspondre activement avec nous.

La *Revue Médicale* comprend les huit divisions suivantes :

1^o PHILOSOPHIE MÉDICALE, où sont placés les articles de doctrine et de discussion philosophique.

2^o CLINIQUE ET MÉMOIRES sur tous les points de médecine et de chirurgie pratiques. C'est aussi dans cette division que nous insérons les articles essentiellement pratiques que nous fournit la société de médecine du département, dont la *Revue* est l'organe officiel.

3^o LITTÉRATURE MÉDICALE FRANÇAISE, comprenant d'une part la *Revue analytique et critique* des journaux de médecine français, et de l'autre des *Analyses raisonnées* des ouvrages les plus importants.

4^o LITTÉRATURE MÉDICALE ÉTRANGÈRE, renfermant les Extraits des ouvrages et des journaux allemands, anglais, américains, italiens, espagnols, brésiliens, etc.

5^o SOCIÉTÉS SAVANTES. Sous ce titre nous donnons régulièrement l'analyse des séances de l'Institut, de l'Académie royale de médecine, et de la Société de médecine de Paris.

6^o VARIÉTÉS. Annonces de prix, institutions médicales, et généralement toutes les nouvelles qui peuvent intéresser les médecins.

7^o NOTICES BIBLIOGRAPHIQUES. Ce sont de courtes analyses des ouvrages nouveaux qui ne sont pas de nature à exiger plus de détails, ou qui ont déjà eu d'autres éditions dont on a rendu compte.

8^o BULLETIN BIBLIOGRAPHIQUE, contenant l'annonce de tous les ouvrages publiés dans le mois.

La *Revue Médicale* paraît le 30 de chaque mois, en un cahier de 160 à 180 pages in-8^o (avec *planches lithographiées* au besoin), et forme chaque année 4 beaux volumes, dont la série recommence tous les ans, de manière à former des collections isolées ou continues, au gré de l'abonné. Le prix de l'abonnement est fixé à 27 fr. pour Paris, et 32 (franc de port par la poste) pour la province. Une remise de 5 fr. par abonnement *nominatif et direct* au bureau, sera faite aux abonnés de l'ENCYCLOPÉDIE DES SCIENCES MÉDICALES.

ON S'ABONNE A PARIS,

RUE SERVANDONI, 17 (HOTEL DE LA MAIRIE).

NOTA. — Une table alphabétique générale de la collection de la *Revue* (1824 à 1834) se publie en ce moment. On la vend séparément au bureau, ainsi que les années antérieures à l'année courante.

ullam mercedem, ad curanda vestra corpora daturum, recepit, parvi suam utilitatem existimans, quod certo sciret, id vobis usui fore. Ego enim non tantum, dum vobis inservio, facultates meas insumsi, verum etiam aliis magnis operibus præfectus eram. Idque eorum, quæ dicturus sum est, minimum. Maluit enim pater in me filio et in terra aliena fluctuare, et maritima ac bellica, morborumque pericula experiri, quæ iis, qui errabundam vitam degunt magis incumbere solent, quam iis, qui certam vitæ rationem sequuntur. Noverat enim gratiam gratia remetiri, et non veluti re aliqua emptâ, et ex manu in manum semel tradita, discedere. Et hæc quidem præstitit. Ego autem, cum illius sim filius, ut vobis auxilium ferrem, nihil diligentiam, neque artis prætermisi, meque, si quando occasio tulisset, vobiscum periculis objeci, neque ad hæc ambo præstanda aut morbus, aut labor, aut maris et hostilis manus metus, deterruit. Cujus rei testimonium non ab aliis quibusdam, sed a vobis ipsis petendum est. Quare si quis contradicere velit, confestim surgat, sed me mentiri, non existimo. Hæc autem per triennium præstiti, corona vero aurea donatus, et longe honorificentius acceptus, domum ad nuptias redii, ut et artis et generis nostri successores relinquerent. Et hæc quidem a civitate, majoribus nostris, et patre, a meque, in vos profecta sunt. Dictum etiam est, quibus commodis affecti a vobis fuerimus.

Multos autem ex vobis mirari, arbitror, quorsum hæc a me recenseantur. Ut igitur et vos sciatis, et quæ cupio, mihi eveniant, dicendi tempus est. Pater meus, et ego (viri Athenienses), a vobis petimus (hac enim oratione amici et liberi a vobis amicis, et liberis impetrare debemus), ne contra patriam nostram arma hostilia feratis. Quod si deceat, quemadmodum sane eos decet, qui suæ salutis causa in medium prodierunt, etiam rogamus, ne nos, quos talibus ac tantis honoribus antea dignos censuistis, servorum loco habeatis. Ad hæc etiam (sic enim dicere conveniet), supplicamus, ne res nostras, vobis belli jure subditas, possideatis, si nobis longe inferioribus superiores fueritis, sed istud consideretis, quod alia aliter fortuna cito præcipitat, et quandoque magni parvorum opem implorarunt, potentioresque per debiles salutem consecuti sunt.

Manifestum vero arbitror, ut ne clarius quidem mihi demonstrandum sit,

quod in rebus bellicis ab uno homine, nec civitas solum, verum etiam multe nationes, jam aliquando utilitatem consequi visæ fuerint, et, ubi ars valet, ne nos despiciatis. Neque enim despiciendi sumus, velut hujus rei testimonium penes vos est. At principio quidem dii illi, a quibus nos oriundos gloriamur, Æsculapius et Hercules, ad hominum utilitatem nati sunt, eosque ob virtutem, qua, cum istic agerent, erant præditi, deorum loco omnes habent. Urbs autem mea, et ego, qui apud vos dico, velut hominum sermones continent, ab ejusmodi originem repetimus. Ex quo sane etiam pro Græcis utrosque hac in parte, et in præclarissimo quoque facinore stetisse, planum erit. Neque enim res trojanæ fabulis, sed factis continentur, in quibus Cos non una de multis, sed maxima in auxilio ferendo fuit. Sic vero etiam Æsculapii filii non arte solum, verum etiam armis, Græcis auxilium suppeditarunt. Machaon certe animam in Troade reliquit, velut de his scribentes tradunt, cum ex equo Priami urbem intraret. Ne nos sane vel ex eo, quod contribules sumus, vel ex eo, quod inter auxiliares Græcis auxilium tulimus, inique opprimatis. Non producamus longius, neque Crisæorum res, neque Persarum repetam, quandoquidem ea audivistis, magisque sunt in manibus, quam nuper commemorata. Quin etiam sic in animo reponite, impium esse, de se bene meritos contumelia afficere. Nos autem de vobis bene meritos cum facta testentur, quales vos esse constabit, si ex majoribus orti, quales fabularum scriptores ferunt, iniuria lacerare, quam benefici esse, malueritis? Neque enim quidquam atrocius dicere volo. Illi enim (viri Athenienses) Heraclidis quidem gratias retulerunt, aliis autem multis, a quibus beneficia acceperant, auxilio subvenerunt. Dies me sane deficiat, si longa enarratione enumerem, quanta bona iis obvenierint, qui nulla in de re vobis sunt bene meriti.

In vosmetipsos intueamini, meque vel tacente, cognoscite, qualia perpetretis. Mala res est potentia (viri Athenienses), neque enim novit, quæ sua sunt, intra modum in aliud tempus asservare, verum et urbibus quibusdam, et gentibus, extitio fuit. In alios autem, tanquam in speculum intuentes, videte, quæ ipsi facitis, et, me vera dicere, intelligite. Et nova lex est, quæ eum, qui sibi rerum prosperum successum persuadet, vetat, etiam

ad difficilia respicere. Non hoc est vestrum. Plerumque enim sic etiam fortunam estis experti. Nulla vos læsimus injuria, quod si læsimus, non armis, sed verbis iudicium experiamur. Istud etiam a vobis peto, ne efficiatis, ut aliis, qui nobis auxilium ferent, hoc beneficium debeamus. Auxilium enim ferent, si quidem recte faciant, qui intra Thessaliam, Argo, Lacedæmona, Macedoniam sunt reges, et sicubi alii Heraclidæ, aut Heraclidis cognatione conjuncti. Præstat, citra vim, quam vi coactos jura exercere. Nihil dico de his, qui nos ad defectionem sollicitant, verum hoc vobis aperio, nos

multis curæ esse, aut certe fore, nisi hominum benevolentia de medio omnino sublata est. Ego igitur, cum mihi sit exilis dicendi facultas, et me ad aliarum rerum studium adjunxerim, hic finem dicendi faciam.

Peto autem a vobis, per hospites nostros, et eos, qui nobis consulere consueverunt, deorum et heroum gratia, et beneficiorum, quæ homines inter se conferunt, ut, depositis inimicitii, quas adversus nos geritis, vos ad amicitiam convertatis. Quæ si in hac civitate vestra nobis non successerint, haud scio, undenam, quæ cupimus, consequamur.

FIN DU SECOND ET DERNIER VOLUME D'HIPPOCRATE.

TABLE DES MATIÈRES

CONTENUES

DANS CE VOLUME.

	PAG.		PAG.
Hippocratis de morbo sacro liber.	1	Traité de l'épilepsie ou maladie sa- crée.	1
Hippocratis de salubri victus ratione liber.	17	Traité de la diète salubre.	17
Hippocratis de victus ratione libri tres.	22	Traité du régime, livre premier.	22
Hippocratis de insomniis liber.	85	Traité des songes.	85
Hippocratis de liquidorum usu liber.	95	Traité de l'usage des liquides.	95
Hippocratis de morbis libri.	102	Traité des maladies.	102
Hippocratis de affectionibus liber.	217	Traité des affections.	217
Hippocratis de affectionibus internis liber.	242	Traité des affections internes.	242
Hippocratis de his, quæ ad virgines spectant, liber.	293	Traité des affections des filles.	293
Hippocratis de natura muliebri li- ber.	295	Traité de la nature de la femme.	295
Hippocratis de morbis mulierum li- ber I et II.	340	Traité des maladies des femmes.	340
Hippocratis de his, quæ uterum non gerunt, liber.	479	Traité des femmes stériles.	479
Hippocratis de videndi acie liber.	500	Traité de la vue.	500
Hippocratis de ulceribus liber.	504	Traité des plaies.	504
Hippocratis de fistulis liber.	516	Traité des fistules.	516
Hippocratis de hæmorrhoidibus li- ber.	522	Traité des hémorrhoides.	522
Hippocratis de exsectione fetus li- ber.	526	Traité de l'extraction du fœtus mort.	526
Hippocratis de resectione corporum liber.	528	Traité de la dissection des corps.	528
Hippocratis epidemicorum liber.	530	Traité des épidémies.	530
Hippocratis de purgatoriis remediis liber.	656		
Hippocratis de hominis structura li- ber (ad Perdiccam regem).	657		

EPISTOLÆ.

Epistola I. — Magnus Artaxerxes, rex regum, Pæto, S.	660	Epistola XIII. — Hippocrates Dionysio, S.	664
Epistola II. — Pætus regi regum, magno Artaxerxi.	661	Epistola XIV. — Hippocrates Damageto, S.	665
Epistola III. — Rex regum, magnus Artaxerxes, Hystani, Hellesponti præfecto.	ib.	Epistola XV. — Hippocrates Philopœmeni, S.	ib.
Epistola IV. — Hystanes, Hellesponti præfectus, Hippocrati ex Asclepiadarum familia oriundo, S.	ib.	Epistola XVI. — Hippocrates Cratevæ, S.	666
Epistola V. — Hippocrates medicus Hystani, Hellesponti præfecto, S.	ib.	Epistola XVII. — Hippocrates Damageto, S.	ib.
Epistola VI. — Hippocrates Demetrio, S.	ib.	Epistola XVIII. — Democritus Hippocrati, S.	671
Epistola VII. — Regi regum, magno meo domino Artaxerxi, Hystanes, Hellesponti præfectus, S.	662	De insania tractatio.	672
Epistola VIII. — Rex regum, magnus Artaxerxes, hæc Cois denuntiat.	ib.	Epistola XIX. — Hippocrates Democrito, S.	ib.
Epistola IX. — Coorum responsum.	ib.	Hippocratis de veratri purgatione libellus.	673
Epistola X. — Senatus populusque Abderitanus Hippocrati, S.	ib.	Epistola XX. — Hippocrates ad Thessalum filium.	ib.
Epistola XI. — Hippocrates senatui populoque Abderitarum, S.	663	Epistola XXI. — Democritus Hippocrati, de natura humana.	673
Epistola XII. — Hippocrates Philopœmeni, S.	ib.	Epistola XXII. — Hippocratis salubre consilium ad regem Demetrium.	ib.
		Atheniensium senatus consultum.	674
		Hippocratis oratio ad Aram.	ib.
		Thessali, Hippocratis filii, oratio.	ib.

FIN DE LA TABLE DU TOME SECOND.

